




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.  
1,449 4° 1914






Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.  
1,-449 4° 1914



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.  
1,449 4° 1914



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.  
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.  
1,449 4° 1914

1.- 449.


DET KONGELIGE BIBLIOTEK  
DA 1.-2.S 1 4°



1 1 01 0 4 01914 8

+ REX









AMPLISSIMOS.  
REGIÆ. ACADEMIÆ.  
PROFESSORES.  
MORE. MAIORUM.  
OPPOSITUROS.  
RELIOVOS. AUDITUM. TESTATUM.  
UT. VENIANT.  
QVIBUS. VOLUPE.  
AD. MISCELLAM.  
PARALYTICI. PRIMI.  
HISTORIAM.  
PRO. CATHEDRA. ORDINARIA.  
THOMAS. BARTHOLINUS. D.  
RESPONDENTE.  
JOHANNE VVANDALINO.  
HORULA. UNA. VEL. ALTERA.  
PRID. ID. DEC. clb lbc XLVII.  
IN. COLLEGIUM. SUPERIUS.  
OFFICIOSE. HUMANITER.  
INVITAT. CONVOCAT.  

---

LITERIS MELCHIORIS WINCKLERI.

AMPLISSIMOS  
REGIAE ACADEMIAE  
PROFESSORES  
MORIS MAIORUM  
DILECTISSIMOS  
LEONORAE AUGUSTINAE VITAE  
IN SENECTUTE  
QUIBUS VOLEBIS  
P. M. M. M. M.  
PARALETTICAE ERITAE  
HISTORIAE  
P. M. M. M. M.  
THOMAS BARTHOLINUS D.  
RECTOR VITAE  
JULIANUS VITAE  
HONORABILIS VITAE  
P. M. M. M. M.  
IN COLLEGIO VITAE  
P. M. M. M. M.  
VITAE VITAE  
VITAE VITAE



HISTORIA PARALYTICI PRIMI  
ex Quinto Joannis Evangelio.



Secundus hic est, sed primus secundi anni, **A**  
quem miraculosa vi curavit Servator, ideò hic  
à nobis excutiendus, quod inter capitis mor-  
bos hoc anno explicandos primus se offerat.  
Seriem brevi Analyti sequemur ab historico sa-  
cro observatam, qui curationis per pisci-  
nam meminit, mox planè Divinæ per verbum  
Christi. A piscinæ loco seu situ ita orditur:  
Comm. II. Ἔστι πρὶ τῆ ἀραβικῆ κολυμβήθεα. Quæ conjungit *Theo-*  
*phylactus, Hieronymus, Vulgatus*, in probatica piscina. Rectius no-  
ster *prope* vel *circa* probaticam, νε κολυμβήθεα tertio casu efferatur.  
Subintelligenda verò πύλη, ut vertunt LXX, quam Eliazib erexit *Ne-*  
*hem: III, 1. & 32.* neutiquam cum aliis ἀγρόα· sive quod per eam in-  
ducerentur pecora, vel educerentur, sive ad sacrum usum abluerentur,  
de quibus dubitans fortasse *Syrus* probaticam omisit. Κολυμ-  
βήθεα rectè omnes piscinam reddunt, qua loco **הַכֶּלֶח** utuntur LXX **B**  
Interpretes. R. *Davidi Kimki* fons, *Pagnino* lacuna vel cisterna. *Sy-*  
*ro* locus baptismi vel lavacri, ut & Arabico. Quod stagnum for-  
san est Salomonis ad Orientem juxta Ophlan & Xystum lavandis  
victimis prius destinatum, de quo *Josephus*, vel locus in quo ignem  
sacrum abscondit *Nehemias 2. Mach. 1. &* apud *Josephum Gorion.*  
non terræ motu conceptionis Christi momento erumpens, quan-  
quam & hoc proposito inserviret, neq; piscina ab *Ezechia* exstructa  
cum aquæductibus *4. Reg. xx, 20.* neq; mare fusile *3. Reg. VII.* sive ibi  
salientis aquæ fons fuerit, sive thermæ aliunde deductæ, sive pluvia-  
lis aqua, ut *Hieronymus* censet. Hinc *βηθσεδα* domus effusionis sive  
aquarum, ab **בֵּת שֶׁעַד**, quod ideò constanter retinent *Codices Græci* **C**  
omnes, sive sanguinis victimarum, quod tamen contra *Caninium* im-  
probavit *Beza.* *Syrus* Beth-chesda vocat seu domum misericordiæ,  
à *Chesed*, quod instar *Nosodochii* esset, quem, non Hebræum, sequen-  
tæ glossæ marginales Danicæ, *Belgierningshus* exponunt. Vitiosè  
autem *Vulgatus* Bethsaida, quem non satis feliciter defendit *Corn. à*  
**A** *Lapide,*

*Lapide*, quia venatio piscium nusquam fuit. In ejus tamen gratiam  
**A** idem vocis servavit *Arabs* Romæ editus. Formam piscinæ addit πέν-  
 τε σαῖς ἔχουσαν, quam de porticibus exponunt pleriq; Eas ex ædi-  
 bus Italicis antiquis hauserunt & piscina mirabili Bajis à Nerone ex-  
 structa, quia & porticus balneis Antonini additas notat *Lampri-  
 dius*. *Maldonatus* murum exponit ad prohibenda pecora, quo mo-  
 do adumbravit nobis *Adrichomius*, cum quinque portis. *Danus*  
*Stuur*, quam benè, haud judicari ego. *Heinsius* post *Hemmingium*  
 nostrum, ταμεία intelligit, & distincta conclavia, quæ in Centum-  
 cellis Puteolanis, Thermis Badensibus, quoq; distinguuntur. Quo  
 significationis flexu cepit *Hesychius*: σαῖ, ταμεία, καὶ Ἰππιήκη εἰσίν.  
*Svidas* quoque, σαῖ, τὸ ταμείον. Sed quo modo πλῆθὸς πολὺ in-  
 quinque portibus seu concamerationibus continebatur? Solvit du-  
 bium *Nonnius* in Paraphrasi, quando πεντε τανυπλευροισιν circum-  
 scribit, h. e. lateribus in longum latumque tensis, in quibus jacebat  
 multitudo ἀσθενούντων varii generis, cæcorum, claudorum, arido-  
 rum expectantium aquæ medicatæ motum, quem ab Auctore, tem-  
**B** pore & modo describit. Auctor motionis nominatur *Comm. IV.*  
*Ἄγγελος*. Non Raphael, ut exemplo Tobiae aliqui putant, quia Me-  
 dicorum sit præses. Nam omnes sunt λειτουργικά πνεύματα *Ebr. 1,*  
*14* Sed vel Virtus DEI, ut *Hellenista* profitentur, vel æternus Angelus,  
 ut *Bungus* autumat, vel venti æmulus spiritus, secundum cujus stas  
 vices aquæ motæ fuerunt & mutatæ tam sapore quam colore & viri-  
 bus. Stas has vices per καὶ ἐν exprimit *Joannes*, quas aliqui ad om-  
 nia Judæorum festa extendunt, *Cyrillus* & *Tertullianus* ad Penteco-  
 stis festum, & omninò *Ambrosius* ad unicum vertentis anni tempus  
 restringit. Rectius *Euthymius* nullo definito anni momento, sed  
 sæpius turbatam piscinam suspicatur. Nam καὶ distributionem  
**C** in N. T. & universalem denotat & particularem, ut καὶ καὶ ἐν colle-  
 ctivè sit sumendum. Pro quacunque opportunitate ex *Hippocratis*  
 notione aquæ mutatæ sive ex propria natura, sive anni tempore,  
 quemadmodum in Calabria tres fontes, referente *Baccio* octonis di-  
 stantes pedibus, singulis diebus duodecies exsiccantur, & in Campa-  
 nia Ciceronis balnea semel tantum diurno tempore scaturiunt se-  
 melque noctu, Luna tantum oriente aut deficiente, teste *Leandro*.

Neque

Neque balneum montis Falconis, neque Insulæ Cydoniæ perenni a-  
 quarum fluxu scaturiunt apud *Fallopium*, nisi verno tempore, & Tri- **A**  
 gilla, fluvijs apud Lucanos, si credimus *Pontano*, hyberno tempore  
 adeò exsiccatur, ut pecudes ibi stabulentur. De acidulis Alfatia fide-  
 dem facit *Sebizius*, nonnunquam effœtas esse & pristino vigore pri-  
 vatas. Quod plerisque usu venit. Nostræ S. Helenæ circa festum  
 S. Joannis hominum plurimorum nobilitantur concursu, benigniore  
 sole temperatæ, nec frigidioribus æstuantibusq; mensibus ther-  
 malium aquarum sive potio sive balneum fertur securum. Erant  
 quoque in balneis factitijs Romæ οἱ καιροί, seu certæ horæ. De sanis  
 jam nihil. Ægri ante octavam horam ex instituto Adriani apud  
*Spartianum* lavabantur, commodo ante cœnam tempore. Idq; æsta-  
 te. Hyeme enim ante nonam, quod *Plinii Junioris* discrimen haud  
 semper obtinuit. Ea hora lavit Cæsar apud *Tullium*, ut deinde ἐμ-  
 πικλῶ ageret. Ut igitur καιρὸς suos haberent hæc aqua tam virtutis **B**  
 quàm fluxus, Angelus κτ̄ καιρὸν ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ, quod passivè ex-  
 tulit *Vulgatus*, quia in antiquo Codice legerat ἐταράσσετο ὕδωρ, alii  
 omnes activè, ad communis lectionis normam. Antea κίνησις, jam  
 Ταραχή. Hæc quam illa ponderosior vox. majores enim turbas no-  
 tat. Quare *Ezech.* xxiii, 46. servant. LXX. ne utique *Jerem.* xxix, 18.  
 quod rectè observat *Aristarchus sacer*. Atque ita potius cum *A ia*  
*Montano* dicemus *turbatam*, quam cum *Vulgato*, *Syro* aliisque *commo-*  
*tam*. Per limum turbata funditus aqua, quod ταρασσειν signat,  
 phrasi à Medicis mutuata. Hellanicus quippe apud *Lucianum* oculo-  
 ris suis optat Æsculapii filium, qui ταραξίας κ̄ ἐγγέας ipsi Φάρμακον.  
 Ita κοιλίῳ & γαστέρι ταραττεν apud *Hippocratem* passim de exsupe-  
 rante dejectione interpretatur *Galenus*. *Celsus* resolutum ventrem  
 vocat, & eleganter *fermentatum*, planè ad *Hispani* mentem, qui vertit,  
*y rebolvia el aqua* h. e. ut Interpres addit, *levantavala en ondas*. Hoc  
 pacto turbata aqua piscinæ, ut ad summa efferbuerit lutum, à  
 quo ferè & ad thermas & resoluta membra ductu Practicorum vis **C**  
 ejus transit. Tumq; indicium erat usibus aptam aquam, ut sicut in  
 balneis Romanis ære Thermarum seu tintinnabulo horæ tempus de-  
 signatum, ita turbata aqua accurrerent in camerationibus exspe-  
 ctantes. Miseret me sanè *Maldonati* ad miraculum confugientis,

quasi quieta potius quam turbata lympha prodesset. Etenim planè  
**A** aliter se habet res. Quiete torpescunt subinde. Nec ulla foret efficacia  
 perpetuo concursu haurientium, lavantium turbatis thermis Puteo-  
 lanis, Aponensibus, Viterbiensibus, Lucensibus, Badensibus, nostris-  
 ve S. Helenæ. Scio aquas quasdam turbatas esse noxias, ut Tiberi-  
 nam & balnei Pisani *al acqua*; sed nihil moveor, quia non omnibus  
 id, nec ex se contingit. Luto commistæ nervosas roborant partes,  
 articulos, capitisq; quosdam affectus, quod de piscina hac deprædi-  
 cat sacer Annalium conditor. Majorem, quod subnectitur, mere-  
 tur admirationem; ὁ πρῶτος ἐμβὰς *Descendens*, quasi καταβάς, ut  
*Vulgatus, Syrus, Ambs* habent. Utriusq; enim induit significatum,  
*ingredi & descendere* apud *Svidam*: ἐμβάειν, κατέλθῃ. *Intravit, descen-*  
*derit*. Et mox ipse æger *Comm. VII.* alius ante ipsum expeditioni  
**B** gradu καταβαίνει. *Seneca* dimitti corpora in piscinas dixit. Nem-  
 pe per balneorum gradus seu scalas modo pauciores, ut Bajis in bal-  
 neo Ciceronis & Oceano *Ligorii*, modò plures ut in Badensibus no-  
 vitis & vet. templi Matidiæ apud *Donatum*, quales ad diætam de-  
 pingit *Plinius* in Epistolis. Hic *Mercurialem* probare nequeo, Apo-  
 dyterium in thermis vet. cum *Frigidario* confundentem, contra ma-  
 nifestam *Galenii, Oribasii, Plinii* auctoritatem, & rudum fidem. Ibi  
 vestes deponebant sudoribus deterfis, hic conquisitum in caldario  
 calorem temperabant. Nec jure *Vitruvium* inculat *idem*, quod tepi-  
 darium, utpote Græcis ignotum, neglexerit. Etenim & hic tepi-  
 darii meminit, & Græcis tepidarium consignat *Archigenes*. Labun-  
 tur non minus Antiquarii, qui Laconicum credunt fuisse sphæriste-  
 rium. Distinxit enim *Plinius* in Epistolis, & *Ligorius*, nec ratio dis-  
 svadet. Pila *Vitruvii* in hypocausto sive de pice illitis cum *Cælio*  
*Rhodigino & Mercuriale* accipias, sive de quocunq; globulo, quod  
**C** *Philandro* placuit, parum refert. Baptisteria autem ut plurimum  
 ex lapide, marmore, ære aut ligno. Nunquam ex cornu Rhinoce-  
 rotis, sicut ex malè intellecto *Juvenale* suspicantur nonnulli. Ne-  
 mo ejus amplitudinis cornu Naturæ auctor observavit, nec mirum  
 foret, uni tantum primoq; patuisse ingressum, frustra; Interpretes  
 ad miraculum & Patres ad mysteria confugerent. Meo arbitrio, sine  
 his effugiis sententia videtur subducenda. Gravius alterum;

*Sanus*

*Sanus fiebat ὡδήποτε κατέχετο νοσήματι*: vel de supra nominatis coecis, claudis, aridisve intelligendum, vel de aliis omnium generum morbis curationem recipientibus. Ubi quærenti: *An Universalis Medicina dari in natura possit?* affirmaremus, ducti 1. Loci hujus auctoritate. Quocunqve tandem explicemus pacto. 2. Experimentis similibus à *Blochviti* pro sambuco allatis. 3. Panacæa veterum ab *Æsculapio* prognata, per quam suos adjuravit *Cous*. Illo nomine gaudent simplicia multa, multa concreta. τὸ νηπενθές *Helena* apud *Athenaeum*. Comæ *Apollinis Callimacho*. Panaces herba *Plinio*, cujus genera describit *Theophrastus* & *Dioscorides*. Eoq; titulo dignantur *Nicotianam* herbam fumivenduli. Verius *Thea* conveniret *Chinensium*. Inter mixta minus competit Panacæa *Antonii Musæ* apud *Galenum*, *Nic. Myrepsum*, *Aetium*, qui emplastri quoque panacæa ad omne morborum ægrè curandorum genus adfert descriptionem. 4. Foliiis hellebori nigri in balsamum redactis, de quibus *Scheunemannus*. 5. Vomitoriis, sive loro *Scribonii*, sive potionibus helleborinis &c. quæ omnes cujuscunqve ferè morbi humiditates ex omnibus educunt partibus, ex ventriculo, ob viciniam teste *Hippocrate* & *Galeno*, etiam crassos humores, secus quam huic *Pergameno* visum, ex intestinis & Mesenterio apud *Fallopium* aliosq; thorace, capite ex *Coi* præceptis, ejusque morbis singularibus, in ulceribus *Hipp.* de Morb. dolore capitis *idem. Æginet, Abensina, Gentilis*. Pro aqua in cerebro, hemieranæa & Cephalæa apud eundem *Coum*, *Trallianum*, *Aetium*, *Mesuen*, *Aretæum*, *Aurelianum*, *Oribasium*, *Æginetam*, *Florivantem*. Pro memoria læsa *Aetius*, *Capivaccius*. Ad insaniam, Melancholiam & Maniam *Aurelian.* *Gariopontus*, *Th. Priscianus*, *Brasavola*. Ad Apoplexiam *Cels.* *Oribas.* *Aet.* *Aret.* *Gariop.* *Ægin.* *Abens.* *Aliabb.* Epilepsiam inveteratam *Cels.* *Trall.* *Paulus.* *Orib.* *Galen.* *Plin.* *Aet.* puerorum *Hipp.* *Fern.* Ad destillationes diurnas raphanos commendat *Aet.* Veratrum *Hipp.* Spasmo Cynico *Cels.* Tetano *Plin.* *Aurelian.* Tremori *Plin.* *Gariop.* *Abens.* Paralyfi *Ægin.* *Cels.* *Aet.* *Aurel.* *Aliab.* *Gordon.* *Manard.* *Mercat.* *Holler.* Oculorum morbis *Hipp.* *Gal.* *Cels.* *Paul.* *Actuar.* *Aet.* Aurium morbis *Hipp.* *Trall.* *Cels.* Reliquos persequi nihil attinet, quia de humiditatibus mihi certum, bile, pituita, melancholia, imò, quod miraberis,



A sanguine, per vomitum summa iuvamenti spe rejiciendis. 6. Menstruo Universali Chymicorum, quo ad omnes morbos ab interna radice pullulantes utuntur feliciter quibus contigit mensis accubuisse Deorum. Sive quod naturam ad noxia expellenda roboret, sive quod seminarias impuritates tincturas simul dissipet, ut credit *P. Severinus* nostras, sive quod humores disponat ad recipiendam communem methodum, ut majori specie veri suspicatur *Dinheimius*.

7. Fontium Panacea. Rivulo in Daunio apud *Strabonem*. Nuperis *Hornbusanis* & *Itzeboanis* aquis, concursu potius quam universali medicina nominatis. Nostræ *S. Helenæ* præter ochram ostendunt nihil, nisi & hic, ut in plerisque aquis, experientia sit standum. Ad quam Panaceam referenda quoque piscina sacra. sed quomodo adhibita? Non potu, quanquam antiquis satis noto, secus quam multi contendunt, neque fotu solo, licet & hujus apud vet. inveniam vestigia Antiquariis repugnantibus, verum per Infectionem vet. frequentatam, eamque non immersione & emersione, neque per natationem, sed cum quiete ægrotis propria apud *Galenum*, *Vitruvium*, *Plinium*, quæ varia præstat evacuando apud *Gal. Paul. Oribas.* emolliendo, teste *Aetio, Paulo* & experientia, exsiccando, humectando, calefaciendo, refrigerando, roborando, constringendo, aperiendo, adjuvando facultatem concoctricem, expultricem & hujus censis alia apud varios Auctores passim extantia, partibus plerisque dedicata, thoraci, stomacho, ventriculo, hepatis, lieni, intestinis, renibus, vesicæ, utero, nervosis partibus articulisque; ut cæcorum, claudorum, resolutorum in porticibus piscinæ commorantium. Quod si ad omnes promiscuè vis sanandi transit, neutiquam id à victimis in ea ablutis habuit, nec à lignis crucis Christi in fundo, narrante *Genebrardo*, repertis, quia dubium an ibi fuerint, & quanquam latuisse in fundo concesserim, nullam tamen ligno crucis jam fabricatæ, minus crudo, in morbis curandis deferimus efficaciam. Patres enim *Jo. Chrysostom.*, *Damasenus*, *Cyrillus*. de spirituali loquuntur curatione, ut non crucis in deserto, sed serpentis ea fuerit vis, seu typi ejusdem. Imò non ligno sed signo crucis vet. Christiani fidebant, vel lignis cruore Christi tinctis. Nihil à materia traxit, sive Cedro, cupresso, pinu vel buxo, ex quibus crucem componunt *Chrysostomus*,  
*Beda*

7

*Beda* aliiqve, sive oliva contra inventionis fidem, sive, quod verius, quercu, ex quo robore cruces Romanorum, teste *Silio, Plutarcho, Cypriano*. Nolim tamen *Becano* aut *Bozio* credi, huc spectare coronam querceam in Augusti numifinate OB CIVES SERVATOS. Nam corona prima ex ilice, esculo teste *Plinio, Agellio*. Postea ex quercu, quia Jovi sacra arbor & amica apud *Virgilium, Ovidium, Claudianum*, parum dissentiente *Apollodoro*. At civica aliquando hederacea *Martiali*, aliquando oliva mixta *Statio*, & quod urgentius, non Octavii tantum Augusti in honorem cusi hi nummi coronati, sed *Cæsaris, Caligulæ, Galbæ, Claudii, Antonini Pii, Trajani, & aliorum civium Romanorum* ob servatos cives, vel ampliatis. Nec plus auxilii ex inventæ crucis, tempore *Helene*, historia, me sponse, invenient, mihi justis de causis juxta & magno *Salmasio* suspecta, quia altum ejus apud *Eusebium* istorum temporum æqualem est silentium. Addo non convenire inter se figmenti auctores. Nam *Theodoretus, Alexander Monachus, Ruffinus, Socrates, Sozomenus, Georgius Hamartolus* gravem mulieris morbum ab umbra sive contactu crucis depulsum, *Sulpitius* verò *Severus, Paulinus, Leo* Imperator in *Bibl. Patrum* mortuam scribunt ad vitæ rediisse usuras, quod *Nicephorus* cautior, famæ potius vulgi quam certæ relationi consignat. Nam *Ambrosius* solo titulo agnitam crucem profitetur, nullo alio miraculo. Ratio igitur Panacæ à Deo per occultam causam, à natura tamen haud alienam repetenda, quia & in aliis fontibus mirabiles observamus eventus. Ubra nutricibus restituit juxta *Negarinum* fons, teste *Leandro*. Styx nisi *Asini* cornibus nusquam continetur, si credimus *Seneca, Isidoro, Eliano*. Ab occulta fortassis venenatorum qualitate, qua *Narviæ* aquas refugiunt serpentes apud *M. Cromerum* in *Polonia*. *Cuspinianus* de S. Crucis fonte refert & in cruorem mutari subinde, & utilem multis langvoribus. In vortice *Siculo* vitæ restituantur suffocata ex *Aristotele*, & *Puteolis* in antro canino. In *Sardinia* perjuri vel occæcantur vel clarius cernunt ex *Solini* narratione & *Rhemnii*. Aquis B. Virginis *Saonensis* mirandam ad sanandum virtutem ascribit *J. B. Albertus*, & de voraginibus fluviorum nota res & decantata. Sed me contineo, quia in his rationi præferenda experientia, consilio *Herodoti* apud *Oribasium*, præsertim

tim quum fundi istius naturam vel vaporibus, vel succis, vel metal-  
 A lis, vel lapidibus, vel terris imprægnatam nobis inviderit *Joannes*,  
 ad hominem ægrum ab ætate, morbo, paupertate, & reparata sa-  
 lute describendum hoc textu properans:

*Comm. V.* ὡς ἡ τις ἀθροῦσθαι ἐκεῖ τριάκοντα ὀκτώ εἶτα ἔχων ἐν τῇ  
 ἀδενεία. De morbi genere acriter disceptatur. Ἀδενεία omnem  
 notat imbecillitatem *Matth.* xxv, 26. 44. *Jacob.* v, 14. *Suidas*: ἀδε-  
 νεία, παλαιπωρία, νόσθαι, ἀδυναμία. Imbecillitas, morbus, impotentia.  
 Apud *Hippocratem* ἀδενεία ad morbum proclivis sive natura sive  
 morbo, & ἀπὸ τῆς ἀδενείαςθαι separatur, quod hic ἀδενείαςθαι sit.  
 Ita & *Matth.* x, 8. de valde infirmis. De imbecillitate remediorum  
 quoque explicat *Galenus*, & *Suidas* ex *Aristophane* de paupertate, quia  
 τὴν τύχην ἰδίως νόσον φασίν. Noster utroque fato miser, recte ἐμπιπό-  
 μοχθθαι dicitur *Nonnio*. Non quod orbus oculis fuerit, ut censent  
 aliqui, sed quia perpetua nervorum resolutione corripeteretur, quam  
 B *Paralyfin* Græci nominant. Huc inducor 1. Auctoritate vet. Patrum  
*S. Ambrosii*, *Chrysostomi*, *Theophylacti*, *Gregorii*. 2. quod pedibus vin-  
 ctus ambulare nequiverit. Unde ἀτίνακθαι *Nonnio*. 3. quia κρεβά-  
 τθαι Paralyticorum proprius *Marc.* ii, 4. *Act.* ix, 33. per κλίνην *Matth.*  
 ix, 2. *Luc.* v, 18. sive κλινίδιον *Comm.* 24. sed utrumque conjungitur *Act.*  
 v, 15. quia apud *Suidam*: κλίνη τὸ κρεβάτιον, & τὸ ψῆγθαι *Amos* iii, 12.  
 per grabatum reddit *Vulgatus* & *Aquila*, quod lxx. est κλίνη. Ali-  
 ter σκιμπίδιον, quod κρεβάτιον vocat *Hesychius*, in quo portari ægro-  
 tantem ad balneum voluit *Galenus*, de cujus forma consulendus *Mer-*  
*curialis*, affinisque erat illi lectus vel pensilis ex toto, ægrorum pro-  
 prius apud *Celsum*, *Aetium*, *Priscianum*, *Aureliānum*, vel uno pede li-  
 gatus instar cunarum. 4. Ab ætate Viri ad Paralyfin apta. Provec-  
 ti-  
 or enim erat & morbo & annis. Nam *Comm.* VI. πολὺν χρόνον ἔχει,  
 C quod non tantū de morbi tempore, ut *Erasmus*, *Beza*, *Tremellius* & no-  
 ster *Interpres* vertūt, sed ætate quoque; ægri cum *Arabe*, *Syro*, *Vulgato* et  
*Lud. de Dieu* accipimus, verosimile quippe ante xxxviii annos gran-  
 diorem fuisse natu. 5. Accedit aër frigidior, si quidem tot annos sine  
 cura exegerat. Nam à madido pallio manus paralyfis apud *Gale-*  
*num* inducta. 6. Ratione clariori ex *Comm.* III. ubi ξηρὸς Paralyti-  
 cos credo. ξηρὴ mulier apud *Comm.* cui alvus resiccata, & ξηρῶδες  
 δύσπνοσι

9

*δύσπνοια* qui in tabe arescunt. *Suida* ξηρὸς ὁ ἰσχνός, *gracilis, macilentus*.  
 Egopro atrophiam, ultimo inveteratam Paralyseos gradu, teste *Ferne-* **A**  
*lio*, interpretor. 7. A curatione per balneum, in Paralyti tam ab a-  
 trophia, quam frigore commendatum vehementer *C. Aureliano, Plinio,*  
*Vitruvio, Sylvio, Mercuriali, Saxonia, Mercato, Sennerto, Zacuto.*  
 8. Eundem credunt *Leontius, Chrysofostomus, Euthymius*, qui *Matth. ix, 2.*  
*Marc. ii. Luc. v.* Paralyticus vocatur. Sed eodem anno editum mira-  
 culum alia intercessere, Paralytici in primis servi sanatio *Matth. viii.*  
 Ille in domo, hic piscina erat. Hic Hierosolymis sine homine co-  
 mite, ille Capernaum quatuor hominibus per tectum demissus  
*Marc. ii.* Ille junior, noster consenuerat. Nam quod additur: *τετρά-*  
*κοντα ὀκτώ ἐτη ἔχων*: Inveteratum morbum notat, & curandi diffi-  
 cultatem. Unde *νεῦσον κυκλάδα Nonnus* appellat, non ob annorum  
 cyclum, sed *πρόσδοον*, quia exasperata Paralytis, ut cepit *Galenus* de  
 morb. tempor. Neque animus est ad infirmi symbolum hunc nu-  
 merum cum *Augustino & Bungo* referre, quasi quadragenarius sanita-  
 tis sit hieroglyphicum. Fortuitum monstrat octavus decimus annus **B**  
*Luc. xiii, ii. & duodecimus Luc. viii, 43.* devotumque patientiæ exem-  
 plum hinc condunt alii. Verius anni climacterici fructum dix-  
 rim, si illi aliquid tribuendum. Index enim est *xlii.* anni, qui inci-  
 det fortassis in annum ejus *lxiii*, si *xxxviii* annis, quibus morbo de-  
 rentus fuit, addamus *xxv*. Accedit difficultati curationis senile cor-  
 pus & prostrata vires, ut vix *βεβηρηχόν ἄσθμα* responsurus Christo  
 traxerit, quod ipsum inter *ξηρὸς* asserit. Imò ministrantium pe-  
 nuria. Nam queritur *Comm. VII: ἀνθρώπων σὺν ἔχω*: sive amicum,  
 cujus opera in descendendo uteretur. Forfan Medicum voluit à  
 balneis, qui cum *ἀνθρώπῳ* sit, si in foro Romano versetur, servus non  
 fuit, quia hi in nullo censu. Hinc injurios in artem Divinam dix-  
 rim, qui Medicos olim Romæ servos plenis buccis declamant *ICio-*  
*rum* freti auctoritate. At si ex *Jctis* cum illis agamus, liberalibus fa-  
 nè studiis Imperator accenset *ff. de Extmord. Cognit.* ubi eadem *§. i. C*  
*Medicorum* causa est quæ Professorum. Alibiq; *l. vi. ff. de Excus.*  
*Tut.* Grammaticis, Sophistis, Rhetoribus annumerantur *πρόδοι*.  
 Qui quidem Circulatores ibidem appellantur, non quod ἀγοραῖοι fu-  
 erint, sed Principum in itineribus socii, unde Comites dicti. Sano et-  
B
iam

A iam sensu inferior Græcia *Ærodes* pro sanare dixit, secus ac magno *Polyhistori* visum. Juvat libertatem, quod Amici fuerint Principum, ut apud *Tacitum* Eudemon & *Senecam* & *Cassiodorum*, quum inter Dominum alioquin & servum nulla amicitia. Ad Magistratum quoque eVectos Inscriptio Atestensis testatur, ubi *Iunij Vir Medicus*. Conjugia illorum alia decantant Inscriptioes, Romæ in Basilica olim *D. Petri*:

D. M.

C. CAECILIO. C. F. SAB.

AQVILÆ.

CAECILIAE. C. L.

MOSCHIDI.

C. CAECILIUS. DIÆTUS.

MEDICUS.

FILIO. ET. LIB. CONJUGI

SUA PISSIMIS.

B

Non absimilis infra Capitolium: D. M.

CLAUDIÆ . . . . EVTYCHIAE.

CONJUGI. SANCTISSIMÆ.

BENEMERENTI.

HYMENAEUS. MEDICUS.

Servorum autem contubernia erant, non conjugia. *ff. de ritu nupt. l. 49.* & contubernales servorum uxores *l. 12. §. contubern. & c.* sicut eorumdem ferè peculium, non salarium, liberalium artium medicorumque stipendium. *l. 16. §. 1. de alim. legat. l. 4. de decret. ab ord. fac.* Nolo urgere legationes, quia exceptionem prævideo ex *l. 101. ff. de Verb. signif. & Scribonio Largo*. Functus tamen est Exagon apud *Plinium*, & de alio elegans extat Inscriptio *Mediolani*:

C. VALERI. PETRONIAN. DECURION. T. F.

SACERD. JUVEN. MED. CAUSIDIC.

C

QUINQ; GRATUIT. LEGATION. URBIC.

ET PEREGRIN. PRO REP. SUA. FUNCT.

VALERIUS EVTYCHIANUS VI. VIR. AVG.

PATER. FILIO INCOMPAR. ET SIBI.

Nec nominibus insistam, quæ servis rarò nisi sola, Medicis autem sua Prænomina, Cognomina & Nomina, ut *Aurelio Cornelio Celso*, & passim

passim aliis. Præterire non possum expressam ingenui Medici Inscriptionem Romæ ad D. Crucis in Hieros :

M. JULIUS INGENUUS P. R.  
MEDIC. COH. II. VIG.

Unde & Scholas suas habuisse, ex ruinis in Esquiliis observavit *Ligerius*, ibiq; suos tabellarios vet. marmor indicat ad D. Sebastian :

M. LIVIO. CELSO. TABULARIO  
SCHOLÆ MEDICORUM  
M. LIVIUS EVTYCHUS  
ARCHIATROS. OLL. D. II.  
IN FR. PED. III.

Medici tandem suos etiam servos alebant, ut Cassius apud *Scribonium*, quales erant Chirurghi seu Medici ludorum, veterinarii, ocularii, unguentarii, herbarii, medicamentarii, castratores, coci, tonsores, & alii ministri servientes, sicut *Aurelianus* vocat, quibus Archiatri primi & secundi ordinis, Archiatrorum Comites, & Eparchiatri imperabant. Non me terret *l. ambit. ff. de decret. ab ord. faciend.* quia in *l. 53. ff. de Verb. signif.* subsidium repperi. Nec lex Aquilia, quia & huic occurram, nisi fallit augurium. Quamvis igitur & insanabilis fuerit Paralytici affectio deficiente Medico amico, curare tamen aggressus est Christus, quem Medicorum filii in se suscipere nec possent, nec vellent. Enimverò consilio *Hippocratis* ipsius in Arte, *Galenii*, *Seneca*, *Guidonis Cauliaci*, pedem referunt quam mollissimè quando servari nequeunt quos propria fors perimet, ne scilicet eventus mortalitatis ipsis imputetur. Magnus autem de cœlo Medicus verbulo imperantis negotium confecit. Dixit, & factum est:

*Comm. VIII. Ἐγείρει, ἀπὸ τὸν κρείββατόν σου, καὶ ὠθεῖνά τε.* Quo triplicis nobis miraculi fecit fidem, quod statim dictum factum convaluerit, tantasque momento receperit vires, ut & ambulare & grabatum ferre potuerit, quum ordines suos alioquin servet natura medendi artifex, pariq; temporis intervallo resurgat æger, quo laborare cœpit, statu neutro intercedente, & tandem quod verbo solo morbum restrinxerit, ut phrasi *Tertulliana* utar. Juvant verba variis prolata modis, ob murmuratione, susurro, elata voce, cantu, precibus, vel divina virtute, vel Magica, vel Naturali.

vina vi vel Christo propria *imperando*, ut in præfenti instituto, vel  
**A** Sanctis communicata *orando*, in nomine JESU *Act. III, 6. IX, 34. XIV, 9.*  
 Magica, verè impia, seu verbis significantibus seu barbaris pacto  
 cum Dæmone vel expresso vel occulto, quam falsò à cœlestibus cor-  
 poribus advocavit *Paracelsus*, de Philosophia sagaci audacter susti-  
 nens tertia Magiæ speciei seu naturali posse quemcunqve proferre:  
*Surge, tolle grabatum tuum & ambula.* Item: *Lazare expergiscere.*  
 Quo incantationes veterum spectant, quibus sangvis Ulyssi repres-  
 sus apud *Homerum*, Oroadanti apud *Heliodorum*, à peste liberata Ægy-  
 ptus apud *Svidam*, luxata membra restituta, si *Catoni* fides, Ischiati-  
 ci curati *Theophrasto*, podagrici apud *Varronem*, vecordia maritis in-  
 jecta ex *Tacito*, percussi à scorpione procurati, ossaq; ex gutture ex-  
 creata apud *Galenum & Trallianum*. Quæ, à Chirone quancquam  
 usurpatæ, in *XII. Tabulis* damnantur, & ab *Ulpiano* in *l. i. ff. de Med.*  
 ut ne Medicorum nomen mereantur quæ Medicinæ genera non  
 sunt. Sed de malo carmine hæc accipienda moneo, qui certo cre-  
 dam nec à naturali curandi ratione abhorre omnes voces, nec su-  
**B** perstitiosum in Epilepsia esse carmen cum *Fernelio: Gaspar fert myr-  
 rham &c. & experientiæ & rationi consentiēs*, quemadmodum in si-  
 furratis verbis sordiculæ oculorum & hordeola eruuntur, *Marcello*  
 auctore. Cantu Cretensem pestem *Thales* expiavit, lymphaticos  
*Xenocrites*, phreneticos *Asclepias*, melancholiam Saulis *David* Psal-  
 tes, convulsionem à Tarantulæ veneno inductam *Appuli* sono phry-  
 gio aut hypodorio, & plerosq; morbos Lesbii Jonesq; apud *Boëthi-  
 um*, ut alia *Galenii, Averrhois, Aristotelis, Martiani Capelle, Marcellis*  
 hujus census loca prætermittam. Precibus *Psyche Apulejana* quid-  
 vis à *Cerere* impetravit. In quam rem dignissimum adnotamus tex-  
**C** tum *Jacob. v, 14. ἀδελφοί μου ἐν οὐρανῷ, advocet Presbyteros Ecclesiæ, & o-  
 rent super eum.* Et *Comm. 15. Oratio fidei servabit laborantem, & eriget  
 eum Dominus.* Quem de corporali curatione contra quosdam  
 diversum sentientes, neutiqvam de extrema Unctione Sacra-  
 mentali gravissimis permotus momentis explico. 1. ex loco paral-  
 lelo *Marc. VI, 13. 2. ἀδελφοί μου, de periculoso morbo sumitur, ut &  
 ὁ νεκρῶν, de jam ferè emortuo. 3. οἱ πρεσβύτεροι, Medicinæ gnari se-  
 niores, seu Ecclesiæ ministri utramq; olim scientiam conjungentes,  
 sive*

five illi tantum qui dono miraculoso sanationum excellabant, ut  
*Paræus, Belgici*, credunt, & *Brochmannus* noster five omnes promi- **A**  
 scue, qui regendæ Ecclesiæ præsunt, quæ *Calvini, Aretii, Piscatoris* fuit  
 sententia. 4. Oratio communis est, non sacramentalis, de corporei  
 bonis ad *Comm. xix. 5. σώσει τὸν λαόν σου*, *Syrus* vertit. *sanabit corpora-*  
*liter*, nisi utramq; sanandi viam cum *Hugone & Thoma* eligamus 6. ἐ-  
 γερῆ ἀπὸ τὸν, excitabit. *Vulgatus* alleviabit, de corporea valetudine u-  
 biq; invenitur, nunquam de lætitia spirituali, ut fingunt, nec animæ  
 salute, nisi in allegoria *Eph v, 14. 7.* Apertè à remissione peccatorum  
*comm 15.* distinguitur. Nihil horroris incutiunt *Bellarmini, Corn. à Lap.*  
 argumenta nullis precibus admittenda. Id unicum deprecor, quod  
 plus ad proferendos morbos ponam ponderis in sacris Oraculo-  
 rum Divinorum verbis sine superstitione plebeja, ex fide prolatis,  
 quam superstitiosis agyrtarum miraculis. Sed quicquid horum  
 sit, si eo nos rerum compulerit necessitas, & hic & **B**  
 alibi, quia Dii non sumus omnium  
 capaces,

Moniti meliora sequemur.







AD. SECUNDUM.  
N. T.  
PARALYTICUM.  
OMNIUM. ORDINUM.  
AUDITORES. OPPO-  
SITUROS.  
PRO.  
DISPUTATIONE. ORDINARIA.  
THOMAS. BARTHOLINUS.  
D. ET. P. P.

RESPONDENTE.  
JANO. JOH. WANDALINO.  
D. XXIV. JAN. clō lōcxlīx.  
LOCO. HORISQ. NOTIS.  
QUANTO. POTEST.  
INVITAT. OPERE.



HAFNIÆ.  
PRELO MARTZANIANO.

AN SECUNDUM  
M. D.  
PARALYTICUM  
OPIUM ORDINUM  
ADTONT DNO  
SITUS  
DEBITIONE ORDINUM  
THOMAS BARTHOLINUS  
D. P. P.  
L. WANDLINO  
D. XXV. JAN. de Jaxia  
L. C. H. H. H. H. H.  
INSTIT. OPERE



H. P. P.  
L. C. H. H. H. H. H.

## HISTORIA PARALYTICI SECUNDI

Ex Matth. viii. &amp; Luc. vii.



Alterius Paralytici, Centurionis cujusdam, A  
 historiam juncto studio *Matthæus* & *Lucas*  
 texuerunt, in hoc tantum diverſi, quod  
 ille brevior ſumma capita ſignarit, hic fu-  
 ſiori opera circumſtantias ſit perſequutus.  
 Credimus enim utrumq; ſcriptorem di-  
 vinum, idem mirandæ ſanationis opus,  
 rem eandem finita Panegyri in Caper-  
 naum geſtam, diduxiſſe. Hanc nos in  
 præſenti, more noſtro, Medico Commentario illuſtrabimus.  
 Subjectum præſentis morbi, à Chriſto perſanati, ſive, ut aperti-  
 us loquar, æger ipſe, δὲλος eſt *Luca*, *Matthæo* παῖς, quæ pari ſi-  
 gnificationis paſſu pro Centurionis filio ambulat, ne utiquam  
 de ſervo explicanda, quemadmodum omnes ferè *Interpretes* B  
 ſuſpicantur, Romanæ civitatis ignari. Solus *Italus* ampliori vo-  
 ce *il mio famiglia* delectatur, ut fruſtra ſit *Ambroſius* certo conſilio  
 factum ratus, quod ad filium Reguli ire noluerit Chriſtus, ſed ad  
 ſervum Centurionis. Παῖς utriq; hiſtorico perſæpe, *Matthæo*  
 ſemper appellatur, qvi filij induit notionem *Matth.* xii. 18. & alibi,  
 ne Græcos *Interpretes* nobis obvertat *Chemnitius*, aut aliorum lo-  
 corum conſenſum, quæ vel ad Deum referuntur, vel populum  
 diverſis inſtitutis à Romanis diſſidentem. ἄλλο quid ſit, non i-  
 gnoro. Sed latiore ſenſum indulget *Mercerus*, à quo nec profani  
 abhorrent. Apud Græcos frequentiſſimo uſu παῖς de Filio cu-  
 juſcunq; ætatis, & παῖδες de liberis uſurpantur apud *Homerum* C  
 II. ψ. & υ, & Od. a. *Platonem* de Rep. 2. *Lucianum* de Cal. *Plutar-  
 chum*. de frat. char. *Thucydidem* L. 1. Quibus adde *Euripidem* He-  
 cub. Prol. De *Filia* quoq; cepit *Aratus*; *Sappho*; *Pausanias*, *Laërtius* &  
 alij, quorum ſignata verba congeſſit *H. Stephanus*. Puèri no-  
 menclatura apud *Paulum* Ictum L. 204, ff. de verb. ſign. non tan-  
 tum ſervum & puellam, ſed quamvis ætatem puerilem comple-  
 ditur,

**A** titur, sive ea servorum sit, sive ingenuorum. Quod nec alijs infrequens. *Hellenistis παιδες τῆς Δαβιδ* milites ejus dicuntur, quo nomine & Praefecti supremi à Rege passim iisdem Græcis veniunt, annotante *Heinsio* c. 20. *Arist. Sacr.* Ita *Joab Hellenistis παις βασιλέως* erat 2. *Sam.* & alij, quos minus propriè servorum catalogo ascribimus. In Republica sanè Romana, cui Centurio ejusq; exercitus parebat, summo studio & deliberato consilio cavebatur, ne nomen servi militiae darent, ut ex edicto *Marciani* constat L. *ab omni* ff. *de Re mil.* alioquin capite puniendi. Quis id Centurionem ausum pertendat? Malè sibi consulisset, & ut inquisitor, peccasset, si quidem de lectis vera prodidit *Plinius* L. x. Epist. 39. Nulla præterea ibidem servorum cura, quia pro nullis habiti L. 32. ff. *de div. reg. jur.* & par illorum cum mortuis conditio, quia mortalitati comparatur servitus L. 209. ff. *de div. reg.*

**B** nec ulla inter eos & Dominos amicitia. Noster tamen ἐνπιμος erat Centurioni *Luc. vii. comm. 2.* cujus sanitas repetitis per Seniores Judæorum & alios amicos Legationibus, imo per Patrem ipsum procurata diligentissimè. Sequutus ea parte prudens Centurio aliorum Imperatorum exemplum qui de ægrotantium militum valetudine anxie laborarunt. Testis *Vegetius* L. 3. R. Mil. c. 3, ut ægri contubernales opportunis cibis reficiantur, ac medicorum arte curentur, Principum, Tribunorum & ipsius Comitum, qui majorem sustinet potestatem, jugis quaeritur diligentia. Quo sine apud *Vitruvium* L. 1. *Archit.* c. 4. exa inspiciebantur in castrorum positione, & Consul *Censorinus*, *Appiano* teste, in obsidione Carthaginensi castra mutavit. A *Lampridio* laudatur *Severus*, & *Hadrianus* à *Spartiano*, quod de militibus agris adeò fuerint solliciti, ut carpentis vehendos curarint, necessarijs omnibus adjuvarint, & ipsimet per tentoria visiterint. Infra dignitatem hæc reputassent, si res servorum fuisset acta. Quod si ὁ βασιλικὸς *Joh. iv.* huc spectaret, omnia forent expedita. Sed justis de causis aliò agrum istum relegamus. In quo tamen annotandum quod *Syro* ἢ ὅς iste sic נָחִיָּה דָּבִיָּה βασιλικὸς, sicut *Homero* θεράπων ἄνη, & 2. *Sam.* 2, 30. 31. δῆλοι δαβιδ, pro militibus. Δῆλοι igitur hic est Centurionis apud *Lucam* qui *Johanni* ἢ ὅς. Quod si displi-

displieat, alias subornabo causas, cur *Lucas* δῶλον maluerit. Sive quod in patria adhuc esset potestate, non dominical: i. *Inst. Just.* A tit. 8. de *Perf. div.* & L. 1. ff. de *his qui sunt sui vel alieni juris*. Sive, quia Medicus fertur *Lucas* Romani ægrotantis descripturus morbum, quod pristinam valetudinem ambiret Centurionis filius. Nam in L. 2. §. *Stichus*. ff. de *stat. liber.* Servire nobis illi intelliguntur, quos curamus ægros. Nullum est effugium *Guil. Aderi* Enarr. 2. aliorumq; ipsum Centurionem accessisse, si pro filij salute supplicasset: Etenim apud *Matthæum* ipse dicitur advolasse Centurio, quum animadverteret scilicet in vicinia esse Christum importunis Seniorum amicorumq; precibus illectum. Iter subterfugiebat, ne solum sine auxilio filium, mortis candidatum, in tentorio relinqueret; vel, quod vero sit similis ex *Luc. comm.* 7. quia μή ἰκανόν, seu μή ἀξιόν se judicaret, communibus hominum erratis obnoxium, & Paganum à fœderis sancti religione alienum. Certum enim est militiæ Romanæ Prætoris cohortis fuisse Centurionem, de cujus dignitate & officio videtis *Vegetium* L. 2. R. M. c. 8. 16. *Sigonium* L. 2. Antiq. Jur. Prov. c. 2. sive C. Cornelius is fuerit, C. Oppij Centurionis Pater, ut suspicatur *L. Dexter* in Chronico à *Corn. à Lapide* in Chronotaxi citatus, sive alius. Nihil meo iudicio vetat quo minus etiam nati- vitatis suæ ipsum puduerit, secus quam contendit *Maldonatus*. At Palæstinæ natales debuisse, nunquam mihi persuaserit *Hilarius*, aut *Contzenius*. Quid enim illud *Luc. vii. 5.* ἀγαπᾷ τὸ ἔθνος ἡμῶν? Quorsum *Matth. viii. 12.* ὑοὶ τῆς βασιλείας ἐκβληθήσονται, h. e. Judæi, quorum prærogativæ recensentur *Rom. ix. 4*? Filium autem adducere præsentem nec itineris patiebatur difficultas, nec ultimum gravissimi morbi momentum, verè fontici, qui ex *Cassio* apud *Javolenum* cuiq; rei nocet, vel, ut clarius *Marcellus* defini- vit L. 6. ff. de *Re Jud.* qui cuiusq; rei agendæ impedimento est.

De morbi genere paucis disputandum. Non exprimit *Lucas*, nisi quod fuerit κακῶς ἔχων. *Matthæo* tamen παράλυσις placet: βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικός Ne de eo dubitemus, similem Paralyticum seq. capitis commate 2. βεβλημένον exposuit. Liberalior *Grotius* Apoplexiam amat, quæ perijt.

**A** *Celsus* quidem L. 3. c. 27. suo tempore *παράλυσιν* utrumq; appellari vidit: verum exemplo carere, rectè monet *Ronssens*. Infanabilem autem esse & *παράλυσιν* confirmatam, nullus Medicorum dubitat, ipso præeunte *Celso* jam laudato. Duplex ea quum sit ex *Marcello Empirico* c. xx. una cum contractione, quam *condūctionem* nuncupat *Aurelianus* L. 2. Chron. c. 1. altera cum remissione nervorum: Illa autem sit vel permanens vel intercurrentes; illa m, aliis *Pseudoparalyfin*, pleriq; videntur elegisse tam *Interpretes*, quam *Commentatores*, vocantq; *contractos* ea Paralyfi correptos. *Germanus Sichebrüchtig* vertit, *Danius* vetus *Werkbrøden*. Reliqui nomine generis acquiescunt rectius, ut & *Glossæ* marginales *Danica Hålfbrød*. Nihil enim video gravioris causæ, quo minus vera & legitima nervorum resolutio esse poterit, quam *παράλυσιν* vocant Medicorum filij, & *παραπληγίαν*, & *ήμισπληγίαν*, & *πίρεσιν*. Illam sacer vates hic sequitur, in qua, ut eleganter *Hilarius* loquitur, *artus undiq; fluidi & ad consistendi officium agendiq; corrupti*. Negant strenuè *Theologi* quidam magni nominis, quia nervorum resolutio partium est particularis. Verum enim verò ignorant boni illi Viri singulorum nervorum exortum, progressum & insertionem, à quorum resolutione inducitur *παράλυσις*. Non strictis adeò limitibus constringitur. Et partes singulas discretasq; occupat tam externas quam internas, & totum latus, imò, quod mireris, universum corpus minutissimis quibusdam particulis exceptis. Idq; à diversa nervorum diversorum affectione. Ex infimæ conjugationis resolutione, inferiores partes motu sensuq; destituuntur, ex superiorum passione reliquæ ad quas deferunt animalem spiritum, sive plures sive pauciores pro nervorum varietate, deficient. Unde particulares emergunt *Paralyses palpebrarum, lingvæ, gutturis, manuum, penis, crurum, cordis* & sic consequenter. Extant illarum in sacris quoq; exempla. Manuum *Esa.* xiii, 7. Lumborum *Ezech.* xix, 7. genuum *Nahum.* ii, 10. Metaphorica partim, partim propria. *Manus* ex affectis nervis quinti, sexti & septimi paris cervicis, & primi secundiq; Thoracis, labascunt. *Crus, genu pedesque* nec movent se nec sentiunt, si incommodum sentiant nervi

ex osse sacro prodeuntes, & Lumborum vertebris. *Lumborum*  
 musculi officio suo fungi nequeunt, nisi expeditiores reddantur **A**  
 à nervis lumbaribus. Quod malum experiuntur & *renes*, ad  
 sensum nervis stomachicis instructi. Non nos moveat quod  
 intus se recondant, quando quidem ratione credibile iudicat  
*Aurelianus* L. d. interiorum singula vitari, ut *pulmonem, cor, vel*  
*discrimen Thoracis atq; ventris*, (h. e. diaphragma) *vel splenem, aut je-*  
*cur præveniri adprehensione mortis patientem.* Ita quippe locum  
 obscurum facili mutatione restituo, textu non repugnante.  
 Nam in his resolutionibus patiens prævenitur *adprehensione mor-*  
*ti*, h. e. nullis signis aliis prægressis signatur quam morte ipsa, quo  
 modo *signa per adprehensionem propriam statim explicat.* In ea-  
 dem sententiâ fuisse *Herophilum* idem monet, *repentinam mor-*  
*tem nulla ex manifesta causa venientem, fieri cordis paralyti.*  
 De resolutione *oculorum, lingvæ, carnis ex Zach. xiv, 12.* quam in  
 Harmonia adducit *Chemnitius*, ipse dubito, adeoq; alibi excutien-  
 da. Non quod mihi lateat, quid oculis, lingvæq; accidat, nec **B**  
 quid de carne seu musculo affecto subtilis *Capivaceus* frustraneo  
 opere rimeretur, si *Galenum* 4. L. A. c. 4. ad veriores partes voca-  
 verit. Totum Latus pari facilitate vis morbi pertentat, quando  
 ad alterum spinalis medullæ principium dilabatur. Quin uni-  
 versum ferè corpus comprehendit, & in Apoplexiam deinde mi-  
 grat. Testis *Aurelianus* laudatus: *Hæc passio nunc partis est, nunc*  
*partium, nunc totius corporis.* Tale exemplum observasse se in  
 scorbutico *D. Janus* Medicus Regius narravit, cui tamen illa  
 erat gula. Hinc lato Apoplectici nomine non rarò venit *παρά-*  
*λυσις* apud *Hippocratem*. Excutiat oculos suos *Fæsius* in oecono-  
 mia. Nobis sufficiat *Aph. xl, sect. 7. τὸ ἀπόπληκτον*, quod ex  
 L. i. de Morb. v. 50. facem mutuatur. Idq; quia *Galeno* in *Def.*  
*Med.* tantum ut pars à toto differt. Majori specie veri convul-  
 sionem putat *Aderus*, cuius vestigiis institit *Corn. à Lapide*, quia **C**  
*βασανίζομεν* additur. At Paralysis sine sensu est, sine motu.  
 Centurio verò Medicinæ imperitus cum vulgo loquitur, paraly-  
 ticos esse quoslibet motu captos. Hinc ut se extricent, valdè  
 sudant. De principio accessionis nullum dubium, priusquam



**A** confirmetur. Habet tum sua tormenta, suos cruciatus. Displacet id *Chemnitio*, quia non in principio morbi erat famulus, sed *ἔμελλε τελευτᾶν*, *Adamus à Contzen* miram hoc cruciatu vocat Paralyfin & subitam, non ordinariam. Ego nullo labore tormentorum istorum in vera Paralyfi rationes inveniam. Nam 1. *βασιζόμεν* dicitur jam moriturus, ubi dolor anxietasq; ex ambiguo vitæ mortisq; certamine & morbi vehementia exacerbantur. 2. Ob diuturnam molestissimi morbi moram satis animo cruciatuum conceperat, & infelicis vitæ tædia, ut velut per lapidem lydium sine alijs tormentis fuerit probatus. Ea verissima hujus vocis est notio, ut auctor est *Suidas* collectis in eam significationem veterum testimonijs, magisq; propriam esse quam de tormentis & quæstionibus jocus *Luciani in Soloec*, pueri *βασιζόμεν* clare ostendit. 3. Vel succedebat Convulsioni Paralyfis, vel uterq; affectus erat complicatus rarissimo exemplo, quod observarunt tamen *Hippocrates* in illo cui auris dolebat post Vergiliarum occasum L. 4. *Epid.* S. 7. *Abensina* 3. fen. 2. *Forestus* L. 10. Obs. 95. 121. & ego non ita pridem in *Anna Longomontana* deprehendi. Nec mirum si ex *Aureliano*, *Marcello* alijsq; Paralyfin cum *conductione* sive contractione admittimus, modo remittente, modo perdurante. Hinc rectè *Valesius* in *Epid.* determinavit, passiones esse loco affecto & materia similes. 4. Impossibile non arbitramur dolores cruciatusq; partibus subinde pro causarum varietate insidere; quando illæso sensu motus tollitur. Hinc *μετὰ βασίν* *μεγάλης* resolvebatur *Alcimus* 1. *Machab.* 9. com. 55. quem verum credo Paralyticum, secus ac summo Theologo visum, auctoritate *Cælij Siccensis* in simili Paralyfi fretus. 5. Orta forsan Paralyfis ex casu vel vulnere, ubi maximo doloris sensu, prout vel lethalis fuerit, vel minus noxia, percelluntur. Hujus farinae resolutiones subministrant nobis longa serie *Galenus* 3. L. A. 10. & 4. L. A. 4. 5. *Aurelianus* l. 2. *Chron.* c. 1. *Gradius* in *Rhaz.* *Forestus* l. 1. obs. 95. 121. *Schenckius* ex *A. Benedicto* L. 1. Obs. 172. *Zacutus* L. 1. *Hist. Med.* 48. alijsq; numero plures. 6. In Pseudoparalyticis dolorem describit *Horstius* noctuq; dieq; perseverantem

tem, referente *Schenckio* L. 1. Obs 179. 7. Quid si cruciatus hos resolutioni super imposuerit malus Damon in hominum tormenta promptissimus? Nihil definivero, cuius ulterius cogitandi arbitrium relicurus, quanquam promptior sum intra Naturæ limites me continere.

Nam *Causas* Naturales huic affectioni assignarim varias. Taceo consuetas tritasq; , frigiditas, lentas, humiditas. Hominis conditio & doloris magnitudo vulnus inter primas causas affert. Vel enim miles erat, seu δελος ἄρηος, vel inter milites quotidiè versabatur. Si ætatem juvenis spectemus & ferventioris climatis temperiem, calidioribus humiditatibus auctum malum & accensum, secus ac contendunt *Mercurialis* L. 1. Prax 20. *Rondeletius*, c. 23. *Cur. Morb.* vel sanè ipsa calidior intemperies, densando nervos & exsiccando, humoresq; in reliquo cerebro frigidiores colligando passionem acceleravit. Ex tertianis Paralyfes observavit *Fernelius*, ex Colica *Paulus Aegin.* l. 3. c. 18. 43. *Nicolas Flor.* f. 5. tr. 8 c. 40. *Trincavellius* l. 3. c. 1. *Pulverinus* c. 55. *Art. Med.* &c. Ex Peripneumonia *Galenus*. *Saxonia* ex oris ventriculi inflammatione. Omnia ex bile per primam τῆς μεταπρώσεως speciem translata, transmutata, temperata, quæ quidem, quia sui subinde relinquit vestigia & membranas quasi ἐν παρέδω per vices lambit, convulsiones Paralyfi miscet, meatu non penitus intercluso, sive id fiat quando pori obliquè concludunt, ut *Cassius* Probl. 8r. prodidit, sive alia ratione ab hoc loco & instituto aliena.

Quamcunq; eligamus Paralyseos nostræ occasionem malè omninò *auguramur* ex causis ipsis, morbo, & symptomatibus. Accidentia duo vehementissimè affligentia eventum minus prosperum portendunt. Dolor ingens δεινῶς βασανίζομενος *Matth.* comm. vi. κακῶς ἔχοντος *Luc.* com. 2. & virium totiusq; corporis iactura, insigni verbo à *Mauro* expressa. βεβληται, projectus est. *Vulgatus*, jacet, quam rectè ipse viderit. Urgentius alterum, sicut & socrus Petri infra *comm.* 14. dicitur βεβλημένη. In quam sententiam *Virgilius*:

Sternitur, & toto projectus corpore.

Cui

Cui opponi cernas apud Hippocratem 4. Epid. c. 7. ἐσήμεναι, in alio  
**A** Paralytico. Si ex causis ominemur, parum misero spei. Si  
 mali originem vulneribus debuit vel alio casu, ob divisum nex-  
 um incurabilis pronuntiatur ab Ægineta L. 3. c. 18. *Abensina*, nisi  
 juvamen post incisionem sentiatur, nec totus sit præcisus. Con-  
 trarium quidem in Comite Hercule Bevilaqua refert *Saxonia*;  
 sed de combusto nervo accipiendus neutiqvam reciso, prorsus  
 desperato. Quod si humiditates frigidas, lentas, ad harum cau-  
 sarum censum vocaverimus, fulmen adest Hippocratici oraculi  
 2. Aph. 34. Dissentanea quippe est affectio & τῆ ἡλικίῃ, & τῆ  
 φύσει, & τῆ χώρα, adeoq; gravissima. *Ætati*, quia juvenis,  
 παῖς Centurionis. *Natura*, seu temperamento, quia calidiores  
 qui orientem solem adorant, & ipse militaris ordinis tyro for-  
 san, æstuante circum præcordia sanguine, ut Turno olim *Æn. xii*:  
 Ardebat in arma magis.

**B** *Regioni*, quia Capernaum Galileæ metropolis sicco & calido so-  
 le torretur. Apposite igitur *Aurelianus* noster L. 1. Acut. c. 3:  
*Illud in ægritudine semper magis afficit, quod à natura plurimum recessit.*  
 In cujus veritatem diligenter, nec infelicitè *Galenus* in-  
 quisivit. Non minus periclitabitur æger Centurionis, si ab  
 aridis calidisq; causis Resolutio illius dependeat. Eadem pre-  
 munt difficultates, ex adverso sibi oppositæ. Juvenes calidi  
 sunt humidisq; neutiqvam sicci adustive. Regio quanquam  
 calida, inter temperatas numeratur. Consuetudo deniq; seu  
 vitæ institutum moderatum fervoris gradum expostulat. No-  
 tum *Fl. Vegetij* consilium L. 1. R. M. c. 2. tyrones de *temperatioribus*  
*legendos esse plagis*, quibus & copia sanguinis suppetat ad vulne-  
 rum mortisq; contemptum, & non possit deesse prudentia, quæ  
**C** & modestiam servat in castris, & non parum prodest in dimica-  
 tione, & consiliis. Ad morbi deniq; ideam si respiciamus, in-  
 ter conclamatos habetur. ἐμελλε τελευτᾶν apud *Lucam* Medici-  
 næ peritum, quoniam eò jam vis morbi ingentis processerat,  
 unde pedem referre difficile, & quanquam inducias mors con-  
 cederet, Paraplegia in Apoplexiam levi de causa degenerat.  
*Celsus* L. 3. c. 27: *In partibus fere insanabilis morbus est.* Ita enim  
 pro

23

pro sanabili, omninò legendum. Deniq; si quidem composi-  
tus est affectus, ex resolutione cum convulsione, augetur peri-  
culum vix evitandum, qvum juncta unum affligant, qvæ singu-  
la solent jugulare singulos. A

Anxia hac spe vexatus Centurio, condiclis præficis, con-  
clamatis omnibus, filij salutem ultimo auxilio procuraturus,  
audita de Christo fama, divino Medico & plurimis experimen-  
tis nobilissimo, Seniores primo Judæorum mittit, qvi deman-  
datum legationis munus fideliter nimis exsequuntur, ultra qvam  
sperare vel posset vel vellet. Mox facili in petitionem Chri-  
sto, qvum urbi vicinus esset, amici occurrunt Centurionis nomi-  
ne rogaturi, superfederet tanta itineris molestia, non se dignum  
cujus gentile tectum subeat, nec illius desiderari præsentiam  
qvi absens omnia verbulo uno potest expedire. Urbem au-  
tem ipsam qvum inter hos sermones benignus in vota suppli-  
cum intrasset, tenuitatis suæ conscius sibi Centurio, iisdem ver-  
bis Christum aggreditur, qvibus legatos amicos instruxerat. B

Duplicem errorem prudens alioqvin Centurio videtur com-  
mississe tanto fastigio indignum. Importuno sanè consilio se-  
roqve Medicum advocat expertum, qvum jamjam evolaturus  
spiritus in labijs pueri hæreret. Vitium seculo nostro & cœ-  
lo familiare, in vigore & summo morbi articulo de Medico co-  
gitare, qvum conclamata res &

Salus est nullam sperare salutem.

Ab his curis malis cavendum monet *Guido Cauliacus*, & ubi pro-  
gnosticis alioqvin relinquendi ægri in bivio vitæ mortisq; tutius  
est, qvi servari non potest, suasore *Celso*, non attingere, ne Me-  
dici aut ignorantia aut negligentia perijsse videatur. Peccat  
præterea Centurio aliud peccatum, qvod Medici præsentiam  
minus credat necessariam. Qva veritate à verbo ejusq; effica-  
cia se junxerit personam Christi, litigent inter se Theologi. Apud  
nos ardua agitur qvæstio: *An absens Medicus rectè curet?* Præ- C  
sentiam Medici plurima exposcunt, morbi status & tempora,  
accurata causarum notitia, ægri temperies, consuetudo, habi-  
tus corporis & animi, accidentia præsentia, imminetia, & re-  
liqua

D

**A**liqua signorum sylloge, quibus ignoratis ne tibi illucio æstima-  
 rim seu Medicum seu susceptam curationem. An ex solis  
 transmissis urinis acquiescere queant, nolim determinare. Sunt  
 ita in arte Uromantica exercitati quidam, ut morbum quem-  
 vis absentes divinent. Nuper id Daventriæ Chirurgus pro-  
 fitebatur, à quo quasi aliud agens didicit domesticus ejus, Vir Do-  
 ctus, amicus noster, jamq; alij sollicitè id exquirant. Cate-  
 rum nemo approbaverit vulgi indocilis superstitionem, quod  
 nullo casus aut ægritudinis discrimine, nulla aëris externi inju-  
 riæ, nullaq; commotionis intervenientis differentia, non raro  
 absentium ægrorum affectus ex Medicis per vim quasi extorque-  
 ant. Rectè hi bullatores Medicis cordatioribus debent ludi-  
 brium nuper à magno nostri ævi Asclepiade, *Olao Wormio* damna-  
 ti. Ingeniosum se hæc parte præstitit Medicus quidam Batavus.  
**B**Rustico urophoro quærenti an ex bigis vel quadrigis æger frater  
 esset lapsus, quum malè bigas divinaret & aliquid tractu itineris  
 profusum intelligeret, respondit: in deperdita urinæ parte reli-  
 quas duas rotas delituisse. Suspenso naso excepi & ego quandam  
 ex turbata quatuor abhinc leucis matula, an Lue venerea infectus  
 esset maritus, inquirentem. Risi spectatum admissus. Scor-  
 butum, malum inquilinum, pervidere me dixi, neutiquam Luem  
 aliam, quæ itineris spatio evolaverat. Absentes febres  
 civis quidam noster tinctor depellit, accurato paroxysmo-  
 rum inito numero. Quid de morbis sympathicis dicendum?  
 Armarium unguentum, multorum ingenijs nobilitatum, & pul-  
 vis, quem sympathicum nominant, in Gallijs nunc usitatus,  
 vires ad locum longius distitum diffundunt. Crudus à vul-  
**C**nere culter, lardo impactus, idem vulnus per sanare apud vul-  
 gus nostrum fertur. Non ignoramus quo nomine curationes  
 sympathicæ malè audiant, quamq; acriter se *Senertus* l. 5. Prax.  
 p. 1. c. 10. *Athanasius Kircherus* in Arte Magnetica. F. *Licetus* c. 55. de  
 Quæst. Epist. tom. 2. & *Herm. Conringius* Med. Herm. c. 18. Viri In-  
 clyti, opposuerint. Verum enim verò *Crollio*, *Goclenio*, *P. Ser-  
 vio*, *N. Papinio*, alijsq; horum fautoribus libentius, sano tamen  
 sensu, accesserim, nec nimium illis tribuens, nec plane damna-  
 re au-

25

re ausus, quum infinita utriusq; sympathiæ sint exempla, à fini-  
bus Naturæ minimè profliganda. Quidquid horum sit, quan- **A**  
quam ratò absens Medicus artis suæ det specimina; Centurio-  
nem tamen utraq; hac culpa absolverim, quod de cœlitus de-  
misso Archiatro securus, supraq; communem sortem elato,  
summa spei nîsus fiducia Jesum in extremis conclamati pueri,  
corpore absentem, virtute tamen & divinitate præsentem ubiq;  
imploraverit. Tantoq; libentius intentato crimine liberarim,  
quod vocare & ipse & per amicos voluerit Medicum, ut hoc  
pacto ejusdem gravitatem tueretur. Pessimè se profituit agyr-  
tarum natio, quæ ostiatim ægros, velut mendici stipem, sponte  
sua conquirat, invitâq; mortalium mercatur animas. Et no-  
tis & ignotis invidiosa erit hæc sive avaritia, sive stoliditas.  
Apud hos fallaciæ emergit suspicio aut insidiarum, apud illos  
contemptus. Promptissimus autem in vota ægri fidentis & **B**  
venerabundi Christus, exemplo suo prævit non esse denegan-  
dam opem aut hostibus, quales Paganierant & Judæi delegati,  
in quo errore versatur *Julius Alexandrinus*, aut alijs Divinæ artis  
contemptoribus, si quidem omnibus ex officio se obstrinxerit.  
Alia enim ratio illorum, qui Magistratui summo tantum obli-  
gati, vel alijs munijs impediuntur, vel sibi vivunt. Hostis  
sanitatem promovere nulla lege vetatur, nisi vel Principis edi-  
cto prohibeamur, vel domestici amici retrahant. Moverant  
ea *Hippocratem*, ut magno Artaxerxi remiserit nuntium: *Perse-*  
*rum enim opibus uti, neq; ipsi æquum erat, neq; barbaros morbis libe-*  
*rare, quum sint Græcorum hostes.* Nisi ipsum se in hac Epistola  
vicerit humanissimus *Cous*, merito jure inter suspecta reponi-  
mus. Valetudinem omnium procurat Medicus, sicut amicitia-  
am, nullo gentis, ætatis, sexus, aut religionis discrimine, quod  
princeps ingeniosi *Thomæ Browne*, Angli, in Religione Medici  
fuit institutum. Jecirè non culpandus Eruditus civis noster, **C**  
nec Hebræi, *Castrenses*, *Zacutus*, *Benjamin*, *Chebibi*, alijsq; quod  
ille apud Mahometanos feliciter, hi inter Christianos artem  
servandi mortales profiteantur. De pestilentia dubitatur justis  
de causis. Etenim quemadmodum quivis Christianus grassanti  
D 2 con-

contagio se subducit, cui per vocationem publicam sive in Re-  
**A** publ. sive in Ecclesia vacat, ut uno ore sentiunt Theologi Cal-  
 vinus, Beza, Tarnovius, Zanchius, Perkinsus, Rivetus, alijq; non pau-  
 ci: ita & Medicorum filios hac secessione sibi consulere fas est, qv  
 qui publico curandis ægris salario non sunt mancipati. Imò  
 qvanqvam complures certis stipendijs Respublica conduxerit,  
 laudandum tamen foret uni vel alteri id dare negotij, reliqvos-  
 que à se ad loca tutiora dimittere, ut de Ecclesiæ ministris  
 Gerardus tom. 6. Loc. Com. & Zanchius omninò considerate ju-  
 dicarunt: Nam Imperatores in prima acie summis periculis  
 non tutò exponuntur, ne, paucos juvandi spe, tota Respublica  
 damnum Principis excessu patiat. Nec Medici una nocte  
 nascuntur, ut fungi. Prudens Magistratus, sicut Nosocomia,  
 publicæ utilitatis grassante contagio adornat, ita Medicos omni-  
 um saluti excubantes lauta merce invitat. De reliqvis *Jus Ca-*  
**B** *nonicum* decernit: *si acciderit pestem in loco studij grassari, tunc posse*  
*Scholasticos & Professores in quandam vicinam civitatem aut oppidum*  
*secedere, eosq; tum comituros privilegia quæ erant data studio genera-*  
*li in loco electo.* Professorum autem nomine & Medici veniunt  
 in Jure Civili, ut videre est §. 1. ff. de Extraord. Cogn. Quod cle-  
 mentissimus quoq; Magistratus noster benignè, dira aliquoties  
 faviente lue, nobis indulsit. Hæc causa fuit inter alias, ut ci-  
 tatus Hippocrates electusq; & præmio ingenti & oblato honore  
 ad exercitum Artaxerxis non accesserit, quod morbus pestilens  
 dictus ejus exercitibus se applicaverat, quemadmodum conqueritur  
 ipse Rex magnus Epistola ad Patum. Cunctorum precibus  
 satisfacturus Servator, non quod ἀξιόθετος esset Centurio Paga-  
 nus, ut vane delegati jactant Seniores, nec ob eorundem in-  
**C** tercessionem, sed ob fidem Centurionis & innatam sibi juvan-  
 di promptitudinem, dictum factum itineri se accingit, memor  
 illius: κατὰς ὁρῶς. Quod Epistola ad Crævam Cæsar urget:  
 Quum ab omni arte aliena sit procrastinatio, tum verò maxime in Me-  
 dicina, in qua dilatio vitæ periculum adfert. De acutis alibi 4.  
 Aph. 10. Παρὰ τὴν αὐθιμίαν, ἡρόνισεν τὸ κακόν: Medicari  
 eadem die, tardare n. in talibus malum. In Chronica Paralyti  
 peri-

27

periculosa æque palliatiui auxilij mora, quia ἐμελλε τελευτᾶν.  
Sed quum ad ædes recto passu tenderet *Jesus*, indignum se Pa- **A**  
ganum, peccatoremq; plenis buccis clamat Centurio, sub cujus  
tecto divertat. τέρη tentorij erat seu Prætorij, ubi habitabat  
Centurio, de qua ad Paralyticum tertium plura occurrunt di-  
cenda, ubi & tecta militaria notabimus. Jam fidem Pagani  
hominis admiraturus seu laudaturus Servator mundi, de gen-  
tium vocatione & ad captum nostrum cœlesti felicitate disserit,  
sumpta ab accumbendi more Romanis Græcisq; usitato, simi-  
litudine. Nihil spiritui DEI frequentius, quam cœleste  
gaudium per conviviorum solemnitatem exprimere. Ita  
*Luc* XIII, 16. similitudine cœnæ opiparè instructæ, & *Matth.* XXII, 2.  
nuptiarum Reguli, æternus beatorum status adumbratur. Quo  
tendit ἀνακλιθεσθαι *Luc.* XII, 37. & ἐσθίειν καὶ πίνειν ὀπί τῆς τρα-  
πέζης *Luc.* XXII, 30. Et *Apocal.* VII, 17, XXII, 4. ad divinam in cœlis **B**  
beatitudinem trahuntur, quæ de convivio prodiderat vates *Esa.*  
XXV, 6, 7, 8. Οἰκονικὴ igitur est hæc Christi expositio à convivij  
mutuata, in quibus antiquissimo plurimarum gentium ritu non  
assidebant more nostro nec humi implexis pedibus jacebant, Tur-  
carum instar, sed discumbebant convivæ, ita ut alter caput alterius  
sinu, extensis vel contractis pedibus, exciperet. De antiquo Ro-  
manorum more pleni sunt Antiquariorum libri 7. *Lipsij* L. 3. Ant.  
Lect. *Petr. Ciacconij* de Triclinio. *F. Ursini* in Apendice, *Stuckij* L. 12.  
An. Conv. c. 34. *Phidandri* ad Vitruv. *Casauboni* ad Baron. *Mercurialis*  
in Arte Gymn. *Fabri* in Agonist. & aliorum numero plurium. A  
balneorum Luxu introductum, quum olim auctore *Servio* l. 7. *Æn.*  
& *Isidoro* l. 20. c. 2. considerent, mox in consuetudinem abiit. Mo-  
dum exhibet triclinium operis antiquissimi, quod Atestæ in pala-  
tio *Georgij Contareni* Senatoris Veneti diligenter lustravimus ex æ- **C**  
dibus Rhamusianis Patavio olim advectum, & à *Mercuriale Ciacconio*  
tum delineatum. Simile Romæ vidimus, cujus iconem magni  
*Equitis Puteani* beneficio hic damus, in Observationibus Novis  
de Unicornu fideliter à nobis explicatam:





Apud Græcos idem factitatum ex *Plauto*, *Terentio*, *Virgilio*, *Plutarcho* alijsq; liquet, indicatq; vetus marmor cum *Inscriptione Atestensis Triclinij*, quod libavimus *L. I. de Luce Animant. c. 14.*

ΕΛΘΕ ΚΤΙΠΙ ΧΡΤΣΙΑΙΣΙΝ ΕΝ ΚΤΑΙΚΕΣΣΙΝ ΑΒΡΟΙΣ  
ΣΤΜΜΕ ΜΙΓΜΕΝΟΝ ΘΑΛΙΑΙΣΙ ΝΕΚΤΑΡ ΟΙΝΟ-  
ΧΟΤΣΑ ΤΟΙΣ ΕΤΑΙΡΟΙΣ ΕΜΟΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΣΟΙΣ.

Pressius istum morem imitati sunt Judæi. Testis locus *Philonis in De Vita Contemplativa*, & disertè *Rasis Talmudicus in Suga* notat, veterum convivia fieri solita *בביתו*, h. e. cum decubitu. Ex voce *Mithos* seu *lecto* idem *Stuckius*, & ex *Canticis Salomonis Fr. Junius*, *Bpluribusq; Ciacconius* per convivij partes, confirmarunt. Hoc sicut *Ἰησοῦς* Christi recumbebat dilectissimus *Joh xii, 25. xxi, 20.* infelicissimè à pictoribus expresso. Et *Lazarus Luc. xvi, 22.* in sinum *Abrahæ* translatus dicitur, ducta à convivij Judæorum consuetudine. Diversa autem esse apud *Tertullianum* sinum *Abrahæ* & *Paradisum*,

raditum, Pagnino Gaudenio in salebr. Tertull. c. 48. relinquo defendendum. Ad rem planè Livius & Plinius, ex quibus hæc lucem fuerabuntur: Ille meretricem famosam Placentiæ in convivio L. Quintij Flaminij Consulis infra illum accubuisse refert & in sinu recubuisse; Hic l. 4. Epist. 12. de Nerva: Coenabat cum paucis, Vejentis proximis, atq; etiam in sinu recumbebat.

Ne longius digrediar, ad ipsam Curationem revolvo gressus, duobus medijs confectam. 1. λόγῳ Christi. 2. Ægri fiducia. Illud his verbis concepit: μόνον εἶπε λόγῳ, de cuius efficacia in Paralytica primo quum egerimus paucis, hic actum non agemus. Hoc exprimit commut. XIII: ὡς Πίστευτος γενήθητω σοι. Fiduciam ægri de Medico curante conceptam posse plurimum auctor est Galenus in Prognost. Eleganter Abensina: feliciter ab eo curari multos, cui multi fidunt. Accedente ad Nic. Kasium Illustr. Reg. Maj. Cancellarium Joh. Paludano nostrate, statim ab ægritudine respirans lætus exclamavit: egregiè fidem meam, Paludane, iuvisti, quod D. Thomæ Finckio, Avo venerando, refero acceptum. Subinde eloquio præstans Medicus plus efficiet, quam impeditior alius secretiorq; medicamentis. Hinc nisi advocetur Medicus, quia vocantis fiducia spesq; perit, non esse accedendum optimè monet Castrensis L. 3. Med. Pol. c. 14. Duplicem iuramenti assignat rationem Th. Fienus Conclus. 38. unam à Exortia alteram à promptitudine remèdiorum desumptam. Nolim tamen cum Augerio Ferrerio l. 2. Meth. Med. c. 11. ad ipsam Medici fiduciam dicta extendere, si quidem ea ejus fuit opinio: Acriter de Imaginatione inter alios disceptatur, An morbos curare valeat? Non dubitarim conferre plurimum movendo & excitando spiritus sopitos & calorem, quando quidem exemplorum illas nobis id persvaserit. Rustici non rarò schedulis devoratis contentantur. Haleces avidè assumpti febres restringunt, vel alia vehementer expetita, quin ipsum vinum. Ex cultu ossium Sanctorum confidentiæ suæ virtute cum ægro sanitatem redire in gratiam, suspicatur Pomponatius, ad insulas infortunatas hoc alijsq; nominibus relegatus. Quid de Melancholicis dicturi sumus, solius imaginationis beneficio procuratis, expiatis? Philodotus Medicus apud Actium retr. 2. l. 3. c. 9. quendam qui sibi caput amputatum putabat, im-

imposito repente capiti ipsius plumbeo pileo curavit. Idem aliam  
**A** mulierem à serpente removit, teste *Tralliano* L. i. c. ult. Algidus alius  
 accenso in pelle lanigera igne celeriter cõvaluit ope *Zacui* l. i. Hist.  
 Med. Obs. 38. Alius nasus sui amplitudine transeuntes impediri ra-  
 tus, ficta tonsura ad mentem saniolem redijt. Poetarum delictum  
*Casp. Barlaeus*, sed melancholico sanguine turgens, aliquando clunes  
 sibi vitreos credidit: quale quoq; exemplum recitat *Lemnius* L. 2.  
 c. 6. de Compl. Quid quærimus ultra? Phantasia pleriq; morbi curan-  
 tur, qui ope medicamentorum importunè ab indoctis exhibitõrũ  
 creduntur arti cessisse. Tantumq; imaginationis crevit inter mor-  
 tales vis, ut ex ea sola Illustris Matrona *Magdalena d' Auvermont*, Hiero-  
 nymi Augusti de Montelione Equitis Gallici uxor, *Emanuellem*  
 conceperit. Id quod Jurisconsultorum Parlamenti Gratianopolitani  
 decretis, Medicorum nonnullorum Monspessulanorum &  
 obstetricum mulierumq; aliarum consensu frustra renitentibus  
**B** *Adriano & Carolo* de Monteleonè hæredibus alioquin Hieronymi,  
 obtinuit. De cujus historię veritate nolim inquirere, quam suspen-  
 ditam habuit *De Lord* Monspeliensium Professor, & amicè me mo-  
 nuuit *Petrus Sanchius* Professor ibidem Regius, ne isti relationi fidem  
 mutuarer. Edictum est *Scævola & Ulpiani* ff. i. tit. 6. §. 6. si constet ma-  
 ritum aliquam diu cum uxore non concubuisse, infirmitate interveniente, vel  
 alia causa, hunc, qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filium non esse.  
 Malè sanè nostris Virginibus cœlum frigidius consulisset, quod hanc illis  
 gravissimarum passionum curandi viam denegasset. Cæterum castis gratulamur,  
 & ad serium institutum nostrum regredimur. Dispar omninò fiduciæ Centu-  
 rionis est conditio, quia stupenda medela. Tantum non potest quæcunq; fidu-  
 cia seu Medici seu medicinæ, in desperatis diuturnisq; passionibus, & jam mo-  
 rituris, ut extinctum calorem revocet, vias impeditissimas vi superioris morbi  
**C** natura succumbente, referet, humores vitiosos obfirmatos retrahat, aut prostra-  
 tam partium συγκεῖσιν emendet. Nec filij Centurionis sive fiducia in  
 Christum, quanquam de ea dubitare non liceat, sive fides illustrior deprædica-  
 tur; sed totum negotium ipsius Centurionis pro filio intercedentis concepta  
 ex verbo Christi firmissima spes, quam ratam voluit servator, animiq; fidelis  
 constantia, confecit. Non quod crediderit, sed quod rarissimæ fidei miraculum  
 suum λόγῳ addiderit λόγος apud Deum æternus. Premamus Centurionis ve-  
 stigia, qui corpore languidi animo ægrotamus. Pari facilitate & promptitu-  
 dine summus nobis in æternis Archiater adspirabit. In perituris quoq;  
 si illi visum, *Nostri sui tanta cupido est.*

TERTIUM  
N. T.  
PARALY-  
TICUM

In solenni Disputatione  
Publicè proponet  
THOMAS BARTHOLINUS  
D. & P. P.

RESPONDENTE  
WILHELMO WORMIO  
OLAI F.

*d. xxvi. Jan. clj lxx liii.*

Loco horisq; consuetis.



---

HAFNIÆ,  
Ex Officina Melch. Martzan; Acad. Typogr.

TERTIUM

BARALY

TICUM

Insolenti Disputatione

Publice propositae

THOMAS BARTHOLOMÆUS

D. & S. P.

WILHELMO WORMIO

WILHELMO WORMIO

1711

WILHELMO WORMIO

WILHELMO WORMIO



## HISTORIA PARALYTICI

## TERTII.

**T**ertius N. T. Paralyticus *Matth. 9. Marc. A*  
*2. Luc. 5.* descriptus, ab illo planè est di-  
 versus, cujus *Joh 5.* historia extat, secus ac  
*Chrysolomo* aliisq; visum. Ille enim in  
 domo, hic piscina Christo oblatus, ille  
 in urbe Capernaum, hic Hierosolymis.  
 illum quatuor homines per tectum de-  
 mittebant, hic ne hominis quidem unius  
 ope aquis medicatis immergi potuit. Proprium igitur Com-  
 mentarium, eo quo priores jure sibi & Tertius vendicabit,  
 cujus hæc est historia in paucas periodos contracta.

Membrorum resolutione & imbecillitate fractus Para- **B**  
 lyticus, à quatuor leſticariis portatus, certa sanitatis recupe-  
 randæ spe, Christo Capernaum reverso in ædibus, ubi audito-  
 ribus concionabatur, offerendus, turba concurrentium im-  
 pedito per januam ingressu excluditur. Moræ verò longioris  
 impatientes leſticarii, cõsilium præceps ex temporis necessita-  
 te in arena capiunt, conscensoq; domus tecto & diffractis te-  
 gulis ægrum submiserunt Christo curandum. Jesus humani **C**  
 generis Archiater fidei pleno & bonæ spei sanitatem tam a-  
 nimæ per delictorum commissorum expiationem, quam cor-  
 poris resoluti solo verbo hospiti gratiosè procuravit, ut expe-  
 ditum membris roboratis gressum receperit, indeq; digre-  
 diens grabbatum suum ipse gestaverit, omnibus stupentibus,  
 nonnullis sinistrè, more suo, judicantibus.

Paralyticum resolutis seu sideratis nervis fuisse constans  
 est Sacrorum Historicorum sententia, unde *enervatum* rectè  
 transtulit *Camerarius*, probatq; ingressus difficultas, de qua  
 affectione ad superiores Paralyticos plura diximus, neutiquam  
 in præsentia actum acturi.

Condicionem & fortunæ statû leſticarii produnt. Erat quip-  
 pe *ὁ πτωχὸς* portatus. Divitem crederes, cujus cubile qua-  
 tuor

E

tuor

A tuor servi lecticarii circumferebant. Necessitate tamen, haud luxu compulsus, quarta cervice ferebatur. Alioquin hexaphoros erat sanorum Virorum & locupletum, nec pauperibus conveniens, sicut Afro exprobrat *Martialis* l. 6. Epigr. 77:

Quid te Cappadocum sex onus esse juvat?

Octophoros lectica Regum propria, feminarum & ægrotorum. Hinc idem l. 6. Ep. 84.

Octophoro sanus portatur, Avite, Philippus,  
Hunc tu si sanum credis, Avite furis.

Ut vero propius sit hominem nostrum bonæ mentis sorore paupertate pressum quatuor lecticariis acquivisse, quia & ipse grabatum suum seu lectulum minutum angustumque postea portare sustinuit. Aderus è longinquo illuc suspicatur advectum, nullo, ut arbitror, indicio, quum morborum ferax

B Capernaum fuerit, aërisque locique vitio. Forsan pro mortuo vel morti vicino reputatus. Mortuorum autem Sandapilæ à quatuor tantum servis Romæ portabantur, quemadmodum iconone expressit *Fr. Peruceius* l. 2. de Pomp. Fun. p. 28. Hinc ægrè ferebat *Martialis* l. 6. Ep. 77. quod Afer & pauper & juvenis & fortis hexaphoro vivus delectaretur quia non debebat ferri mortuus. Clarius l. 8. Epigr. 75.

Quatuor inscripti portabant vile cadaver.

Cur inscripti? De servis stigmaticis, literisque servilibus iniustis accipiunt Critici, de quibus *Pignorius* l. de Serv. *Popma* de Op. Serv. Parum diversa est conjectura nostra. Inscribebantur nomina lecticiorum, quorum deinde legibus Constantini & Anastasii funeralibus definitus erat numerus, quos omnibus modis integro numero & omni præstatione liberos Constantinopoli conservandos decrevit *Novella* Justiniani *Constitutio* 43. Numerantur in illa Novella 1100. lecticarii seu Decani (rectius fortasse Diaconi) ad peragendas defunctorum exsequias deputati, non tam ad exportandum quam procurandum funus. Octingentæ quidem officinæ corpora præstabant, trecentæ autem in exactione pecuniarum con-

consistebant. Vel sanè quod ex his 800. pro funerum numero in ampla civitate Byzantina deligerentur sufficientes lecticarij, sicut pestilentia tempore hodie usitatum. Crevit tamen lecticariorum numerus luxu apud omnes crescente, quem iccirco legibus Funeralibus ad necessarium nuper publico edicto adstrinxit *Fridericus III.* sacratissimus Rex noster. *Q. Metellus Junior* inter rara felicitatis humanæ exempla numeratur *Plinio* l. 7. c. 44. quod præter honores amplissimos, à quatuor filiis sit rogo illatus.

Ingressuris autem obstat multitudo januam ædium obstitipans conferto agmine. Scilicet ad divinum Archiatrum accessus patet cunctis, sed sæpe viam malè feriat homines reddunt impeditam. Τα πρὸς τὴν θύραν vel vestibulum ædium interius notat, vel plateam ostio vicinam. *Grotio* est τὸ πρὸς θύραν, seu vestibulum ante januam. In versione Syriaca idem servat *Boderianus*, sed à *Lud. Dieu* hoc nomine reprehensus, quem varia Vestibuli notio decipit. Plures vestibulum inter plateam & ædium januas relictum eligunt. Ita *Danus Interpres*, siquidem ex veteri januarum fabrica, ad ostium, foras aperiendum, plateæ spectabat pars. Utrumque tamen placet, nam utrumq; vestibulum multitudo impleverat, unde *Deodato* Italo *i contorni della porta*. Januæ autem apud Veteres in publicum rejiciebantur. Hinc ne aperiendæ læderent prætereuntes, pulsabantur prius ab egredientibus, appensis nonnunquam tintinnabulis. Vulgatum id Græcis, quod ex Comicis liquet, ubi ante crepuisse fores dicuntur, quam quis domo egreditur. Videndi *Photius* in *Bibl. Mureti* l. 1. Var. Lect. c. 17. *Pancirolla* in *Deperd.* tit. 23. aliq; Apud Romanos *L. Valerio Publicolæ* & fratri primis adjectum fuit, ut domus eorum fores extra aperirentur, & janua in publicum rejiceretur, quod inter triumphales domus clarissimum erat insigne, teste *Plinio* lib. 36. c. 15. Nec postea exolevit, nam de janua in publico aperienda responsum extat *Scævola* l. 8. ff. tit. 2. l. 41. §. 1. Ut plurimum duplicatæ, quas *διπλαῖα θύραν* vocabant, quibus in reponendis humeri luxationi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.  
 Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.  
 1,449 4° 1914



A tionibus utebatur *Hippocrates*. Figuram qui cupit & fufam de hoc argumento dissertationem, *Cl. Salmasium* Polyhistora summum ad Solinum consulat operæ facturum precium. Clausæ plerumq; unde ostium *Isidoro* ab obstando. Hic omnibus Christo perorante, patulæ. Aliàs metu irruptionis oclusæ *Gen. 19, 9. Job. 20, 19. Act. 12, 13.* Illæ, animæ aternitatem significabant, hæ interitum animi corporisq; ex veteri Romanorum religione, si credimus *G. Fabricio* c. 21. Rom. descript: Unde in quibusdam sepulchris Romæ antiqvis exsculpta videntur ædificia, partim januis apertis, ut in Palatio Capitolino Trium virum; partim clausis, ut in domo civis Regionis Transiberinæ è regione Pontis Fabricij.

B Aternitatis ea spe, sanitatisq; animi juxta ac corporis excludus Paralyticus, communi lecticariorum consilio & opera per insolitam viam grassabatur. Enimverò, si quidem humiles erant ædes, judicio *Baronij* ad A. Ch. 31. Tib. 15. vel ex plano vicini tecto transitus concedebatur, ut commentatur *Lyranus*, tecto domus hospite Christo illustris ablato, ruptisq; tegulis per contignationem apertam ad pedes Christi cum grabbato demissus fertur, idq; funibus, ut *Cajetanus, Beza, Osiander, Pelargus* non malè conjiciunt, nisi ædium humilitas obstaret, & oblonga fulera lecti, depicta in *Roma subterranea*. Plenum audaciæ consilium, furibus & latronibus familiare, à Christo alibi damnatum *Job. 10, 1.* & Antonio in Philippicis à *Tullio* versum vitio. Imò lex *Cornelia* injuriarum actionem introduxit, quod domus vi introita sit l. 4. *Instit. Jur. tit. 4. §. 8.* quia sua cuiq; domus tutissimum est refugium & receptaculum ex *Cajo* Jcto, de quibus *Schneiderwinus, Mynsingerus, Rittersbusius* aliiq; ad Instituta. De vi quoq; publica lege *Julia* tenetur, qui hominibus armatis possessorem domo agrove suo, aut navi sua dejecerit, *lib. 48. ff. tit. 6. l. 3. §. 6.* Codex Jur. Danici at bryde Huus/ vocat *Herwercke lib. 2. de leg. Cimbr. c. 30:* Ganger mand med raad raad i anden Mandes Gaard / eller Huus/ oc bryder Huus etc. da er det Herwercke / puniunturq; in foro nostro multa trium Marcarum. Nimia tamen pietate,  
&

& necessaria salutis ratione peccans, excusari meretur, quem ipse Christus, quo præsente hæc agebantur, à crimine absoluit. Animus quippe à damno alienus, nec occidendi proposito aut furandi, aut armati quovis modo nocendi irrupere, sed ut ægrum quæ corpus quæ animum servarent. Ita qui à latronibus circumventus tectum vicini dirutum intraverit, extra injuriæ erit actionem apud æquum Judicem. Adhæc vel propriæ fuerunt irruentium ædes, vel certè connivente domino fundi detectæ, & tacitè consentiente, nam sic tacitum & expressum in Jure æquiparantur, & consentire dicitur, qui non contradicit.

Præcipiti isto gradu festinandum erat Paralytico ad Archiatrum, sive quod incerta esset Jesu mora, sive quod ex forti & insolita resolutione membrorum, Apoplexiam metueret per *ἡν ἤρπεν*, citamq; mortem & infelicem. Minatur hoc malum Hippocrates in Coacis c. 23. §. 1. *Torpores & sensus privationes præter consuetudinem ortæ futuras Apoplexias denunciant.* *Παροῦ τὸ ἔθ* explicat Duretus, quod fit sæpe numero ictu & lapsu, tum etiam cruribus complicatis, cubitorum in-nixu, fame, vigiliis, scoliosi vertebrarum cervicis, renibus calculosis, & artubus illaqueatis. Mala præterea Paralysis & exitiosa post febrem acutam, ob malignæ materiæ *μετάπρω-σιν* ad nervos eorumq; in cerebro principium, nisi id critico Naturæ motu fiat, morboq; concocto, quod honestissimæ Matronæ non ita pridem Hafniæ contigit. Vide *Alpinum* C l. 3. de Præf. Vit. & Mort. c. 12. Unde ex durissimo necessitatis telo virtus emerfit.

Cæterum quomodo tectum scandere, illudq; infringere potuerint, non facile intelliget scrupulosus, nisi tectorum apud veteres structuram paucis detexero. Tecta vel plana fuerunt, vel in fastigium erecta. Illa antiquissima, quibus fastigium sequens imbrium incommodum addidit. De utriusq; origine & forma *Vitruvius* l. 2. Archit. c. 1. *Alii luteas glebas arefacientes, struebant parietes, materia eos jugumentantes, vitandog; umbres & æstus, tegebant arundinibus & fronde: postea,*


**A** quoniam per hybernas tempestates tecta non poterant imbres sustinere, fastigia facientes, luto inducto proclinatis tectis stillicidia deducebant. Sed succrescente arte & artificum ingenio, non luto tantum tecta fastigiata muniverunt, sed scandulis aut stramentis, eodem teste, h. e. robore assulatim secto instarque tabellarum tectis instratae, quibus annis 470. Roma fuit constructa, autore C. Nepote apud *Plinium* l. 16. c. 10. succedere deinde tegulae, materiaque, quibus mox scitilium lapidum bractea, laminaeque; aliis super alias sedentibus & inter se imbricatis, de quibus *Pavonacea* tegendi genera apud *Plinium* l. 36. c. 22. explicat *Philander*. Ferri potest religio in DEos, quod Pantheon aereis tegulis opertum fuerit, referente *Paulo Diacono*, quodque rotundam D. Mariae aedem Ravennates solido lapide ornauerint. In privatarum aedium splendorem abusus transtulit & plumbum, unde plumbum, quod tegulis poneretur, aedificii esse aiebat *Labeo*, teste *Javoleno* *Jcto ff. de Verb. sign.* l. 242. §. 2. sive quia tecta ex plumbo fuerint solido, sive quod tectis plumbum ad stillicidia adderetur. Dispar omnino in corrupti seculi facies. Romuli casa in arce sacrorum stramentis tecta, *Vitruvio* autore. Expressit id *Ovidius* l. 3. *Fast.*

Quae fuerit nostri, si quaeris, regia nati,

Aspice de canna straminibusque domum.

**M**auros mapalia sua scirpis texisse refert *Plinius* l. 16. c. 37. idemque l. 6. c. 24. *Chelenophagos testudinum* superficie casas ornasse. De Colchorum tectis *Vitruvius* l. 2. c. 1. fronde & luto metas regentes efficiunt barbarico more testudinata turrium tecta. Idem de Phrygibus campestris inhabitantibus: stipites inter se religantes, metas efficiunt, quas arundinibus & stramentis regentes, exaggerant supra habitationes maximos grumos a terra. Alij ex ulva palustri seu alga palustri composuere tuguria, nostri rustici ex paleis, alij ex arundinibus. Rudere non tegulis loca munita Hispaniae & Africae tegebantur, notante *Hirtio Bell.* *Hisp.* c. 8. Apud Germanos veteres nec amentorum quidem aut tegularum usus, *Tacit.* *de Morib. Germ.*

Tecta

Tecta tamen plana, frugalitatis olim & innocentiae do- A  
 cumenta, posterioribus temporibus magnifico opere exstru-  
 cta opulentiorum esse coepere, in quibus commorabantur, am-  
 bulabant, hortos colebant, quæq; ad sui tutelam in motibus  
 civilibus utebantur, ut liquet *Judic. 9, 51.* qualia pleraq; Nea-  
 poli aliisque Latij urbibus adhuc visuntur. Transit ea archi-  
 tectura ratio in Palaestinam, sacraque in ea urbem. David  
 enim in tecto palatii obambulans, amore illicito visæ Bathe-  
 sebae accendebatur 2. *Sam. 11, 2.* In tectis & plateis omnes  
 ejulare dicuntur *Esai. 15, 3.* Osoribus Sionis auguratur David  
*Psal. 129, 6.* futuros sicut gramen in tectis, quod torretur an-  
 tequam prodeat. Quem locum de tectis planis eruditè ex-  
 ponunt *Glossæ* marginales Danicæ, quæquam & de fastigia-  
 tis accipi posset. Illustris extat textus *Deuteron. 22, 8:* Cum B  
*adificaveris domum novam, facies*  *tekti per circuitum,*  
*ne effundatur sanguis in domo tua.* Murum vertit *Hieronymus.*  
 LXX. *στειφύλω. Philo θερεχισον.* Peribolum *Osiander.* Danus et  
*Recte.* Parietem *Pagninus* & ædificium, cujus altitudinem ex  
 R.  *Davide* ad quatuor digitos extendit, *Grotius* ad pedes tres  
 cum dimidio. *Castalio* loriculam amat. *Στεφύλη* dicta à co-  
 ronæ similitudine. Coronæ in ædibus appellabantur promi-  
 nentiæ quædam parietum ad arcenda stillicidia apud *Vitru-*  
*vium* l. 2. c. 8. *Palladium* l. 1. R. R. tit. 11. Loricula seu Lorica  
 dicta à materia. Est illa crusta ex calcæ & arena *Vitruvio* l. 7.  
 c. 1. unde granariorum parietes & solum opere tectorio mar-  
 morato loricandos vult *Varro* l. 1. R. R. c. 57. Apud *Plinium*, C  
 l. 8. c. 24. Ichneumon se loricare dicitur limo mersus soleq;  
 siccatus. Loricam quoque de coronis murorum in urbibus &  
 munimento urbem cingente adhibet *Vegetius* l. 4. c. 28. In te-  
 cto Samuel Sauli loquebatur, 1 *Sam. 9, 25.* In tectis suffitus  
 excitabant *Jerem. 19, 13.* Discipuli Christi jubentur *Matth.*  
 10, 27. *Luc. 12, 3.* prædicare *Ἰησοῦς τῶν δαυδάτων*, h. e. publicè au-  
 dientibus cunctis, ut vero sit simile ex tectorum planicie, tan-  
 quam ex rostris, transeuntes alloqui consuetum fuisse. *Luc.*  
 17, 31. In illa die, qui facit *Ἰησοῦς τῶν δαυδάτων*, & vasa ejus in  
 domo,

**A** domo, ne descendat tollere illa. Certè & apud Romanos tecta petebant in tumultibus, quod *Tacito* l. 1. hist. credimus. *Act. 10, 9: Ascendit Petrus ἵνα τὸ δῶμα, ut oraret circa horam sextam.*

Aliàs tectum pro Tentorio militari usurpabant, quo tegebantur. *Vegetius* l. 3. c. 2: *Pedites sine intermissione imbribus vel nivibus sub tecto, reliquis diebus exerceri in campo voluerunt.* Vide plura lib. 2. c. 23. *Suidas: στεγανὸν πυκνὸν, σφιγκτὸν, καὶ διόδωρον. οἱ δὲ ῥωμαῖοι στεγανὰ ποιήσαντες, παρεχίμαζον.* h. e. *Tectum, Densum, constrictum, Diodorus, Romani verò cum tecta fecissent, hybernarunt.* Quo forsan Centurio ille pius *Math. 8, 8.* respexit.

**B** Tectum igitur hujus domus à Paralytici lecticarijs ruptum, planum fuisse certum est, in fastigiato enim difficilior adscensus. Et siquidem vicini tectum pari planitie explicabatur, hoc conscenso, facilis ad aliud erat transitus. Dubium non est apud *Lucam* οἱ κέραμοι. Quid enim ad æquale pavementum tegulæ? Nisi & hæc illud per intervalla distinxerint. *Syrus* operimentum loci reddidit, ut *Trostius* monet. *Beza* ex *Plinio*, perfossum dicit testaceum pavementum, quod displicet *Heinsio* in *Exerc. Sacr.* Testaceum enim pavementum in Oriente neququam usitatum; esse potius *subdiale* pavementum, de quo *Plinius*, quia in his tectis sub dio agebant: *Σπύλω* autem & *κρημύς* pari passu hic ambulare, tectumque notare ex *Thucydide*, *Syro*, aliisque; sicut apud *Plautum* in *Mil. Sectari* simiam in Tegulis.

**C** Quod fidei ardore à Paralytico commissum, nobis neququam in exemplum trahendum. Qua occasione commodè quæstionem hodiernis moribus opportunam expendamus, *An illegitima media quærenda & usurpanda spe recuperanda sanitatis?* Illegitima remedia ex duplici æstimamus fonte, vel quod Diabolica sint, vel sine rationali Methodo administrata. In utroque peccat credula mortalium insania, sed constanter utrumque; justis de causis damnamus. Diabolica remedia duum sunt generum, vel expresso Diaboli instinctu edocta, vel implicito.

plicito. Prioris ordinis auxilia Christiani veri verè detestan- **A**  
 tur, territi exemplo Ahasiæ Regis 2. Reg. 1. Posteriorem cu-  
 randi rationem plurimi sine pietatis scilicet offensa eligunt,  
 vel characteribus, vel ignotis verbis, vel numeris mensurisve,  
 vel aliis ceremoniis à ratione alienis superstitiosè morbos ex-  
 pugnaturi. Sed fugite hinc mortales, si sapitis, si me auditi-  
 tis, latet anguis in herba. Larvam detraxerunt *Sennertus* c. 13.  
 de Consens. *Olaus Wormius* decus orbis & urbis c. 10. Not. ad  
 Fast. Dan. & varia crudite hic annotarunt nuper *Hier. Jordanus*  
 De illo quod in Morbis est divinum, *O. Borrichius* noster de  
 Gab. char. qui legi merentur, ne alios numero quam plurimos  
 advocem. Sequamur *D. Chrysostrum*, potius mortem ho-  
 mini Christiano subeundam, quam vitam ligaturis redi-  
 mendam.

Remedia Empiricorum sine verà Methodo exhibita, pa- **B**  
 ri infamia sunt notanda. Veneni suspicione non carent, &  
 innoxie animas vitasq; licitantur, qui Recipiunt nescio quid,  
 ut sanentur ægri, nescio quando. Judicant cordati rectius,  
 præstare cum methodo mori, quam sine illa vivere. Mala di-  
 cenda ista medicamenta, quæ qui in publicum vendiderit pœ-  
 na legis Corneliæ adficitur L; 48. ff. de Publ. Jud. tit. 8. l. 3. § 1.  
 h. e. in insulam deportetur & omnibus bonis privetur, *ib.* §. 5.  
 Unde sapientissimis Venetorum decretis Circumforanei urbe  
 Patavina cum infamia ejiciuntur, & in urbe Parisiensi, nisi Sa-  
 luberrimæ Facultatis Doctoribus, concessum nemini publicè  
 medicinam facere. Quamquam & Magni olim Regis nostri, **C**  
 gloriosæ nunc memoriæ *Christiani IV.* legibus vetitum sit,  
 ne quis agris medeatur poculumve medicatum exhibeat, præter  
 promotos approbatosq; Medicos, sive seplasarii sint, sive barbiton-  
 fores, sive Chymici, ocularii, herniarum seiores, sive circumfora-  
 nei variive Empirici: neglecto tamen prudentissimo Edicto  
 non illi tantum ægrorum curam suscipiunt, sed Rustici, Pæ-  
 dotribæ, Sacerdotes, aniculæ & carnifex spe precioq; sollici-  
 tantur, hoc uno à latronibus differentes, quod cives intra  
 mœnia & non in montibus deprædentur, ut alibi *Galenus* lo-  
 quitur.

A qvitur. Dices: Sanitatis causa tentanda omnia. De legitimis nunquam repugnabo, reliquos averfor qui flectere si nequeant superos Acheronta movent. At juvant persape. Opto successibus careat, quisquis ab eventu facta probat. Divino *S. Pauli* monitu, non facienda mala ut eveniant bona. Nec quasi aleam jaciendo Medici curare debent, quod verè dixit *Galenus* in 1. *Epid.* com. 2. Horum igitur cunctorum beneficia cunctis sunt nocentiora vulneribus, præstatq; odium illorum quam pacem meruisse, ut *Leonis* homil. 19. utar verbis. Juvant per Accidens, plusq; fortunæ habent quam consilii, cui subinde fixa ægrotorum imaginatio jungitur, qua multi morbi superantur, qui Empiricorum arte curati creduntur.

B Sæpe palliativa cura credulis imponunt, brevi damno majori eruptura, vel sanè ad meliorem vitam promovent, quam in plures annos differre debebant. Quod si Patronus Empiricorum, non malo animo, sed spe juvandi ista excuset, respondeat *Marcianus ff. de Publ. Jud. t. 8. l. 3. §. 2. ex senatusconsulto relegatam esse eam, quæ non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea quæ acceperat, decesserit.* Exterminandos quoq; persuadet *Lemnius* l. 1. de Occ. Nat. c. 17. modum verò invenisse se credit *Georg. Hebenstreit* *Quæst. Misc.* 1. p. 14; nempe primum carnifices ex urbibus ad corvos, deinde vetulas ad sua pensa, mox agyras ad esuriam, barbitonsores ad tonstrinas suas, ac deniq; Vulcaniam Ciniflonum profapiam ad carbones suos amandandam. Omnibus dictum sit *Horatij* illud l. 2. *Epist.* 1.

--- --- abrotonum (vel elleborum) ægro  
Non audet, nisi qui didicit, dare: quod Medicorum est,  
Promittunt Medici, tractant fabrilia fabri.  
Insuetâ viâ adventantibus, Christus visa & portantium & Paralytici fide, plus pro sua bonitate ultrò donat, quam venerant petitum, primumq; delictorum immunitatem largitur tam hæctenus admissorum naturæ vitio & voluntatis, quam illiciti humanis legibus facinoris, rupti testi, ædium violatarum. Paralyseos *Curationem* à peccatorum auspicatur condona-

41

donatione, quia stipendium peccati mors morbusq; hicq; A  
ex illo trahitur, nec in dignitatem suam ulla parte peccavit  
Servator, quod animæ curam juxta ac corporis mortalium  
perditorum habuerit. Sequuti illius exemplum, quanquam  
non passibus æquis, quamplures, qui utrumq; amica copula  
conjunxerunt. Ipse Lucas Sacræ historiæ conditor Medicus  
fertur *Coloff. 4, 14.* quem Patronum eapropter Medici sibi ad-  
optarunt. In antiqva Ecclesia Sacerdotes non pauci Medi-  
corum catalogo adscripti. Teste *Baronio* Tom. 3. Ann. Jose-  
phus Tyberiadès Episcopus Judæorum Patriarcham Helleel  
curationis specie baptizavit. Paulus Secundus Pontifex æ-  
grotantes ipse comiter invisebat, adhibitisq; medicamentis  
curabat apud *Platinam* in Vit. Pontif. Joannes XXII. anteqvam B  
Pontifex designaretur Petrus Hippocrates vocatus, edidit Me-  
dicinam Thesauri pauperum. Ex Monachis sacro voto ad-  
strictis plusculi Medicinæ studium & in usum convotorum  
excoluerunt diligenter & eruditis scriptis divulgant. In-  
ter quos eminent *Commentatores Mesuæ, Constantinus Africanus,*  
*Raymundus Lullius, Jo. ab Indagine, Albertus Magnus, Basi-*  
*lius Valentinus, Thomas Campanella, Pius della Marra,* aliiq; qui  
in memorias exierunt.

Querunt hic Eruditi, an Medici ad Clericatum & Sacer-  
dotium possint promoveri, & an tum Medicinam liceat exercere?  
Prius invenit ferè assensum, siquidem Medicus capax est no-  
minationis ad beneficia Doctissimum Medicum, Mantuæ C  
Professorem *Petr. Ant. Cavallum* novi, qui S. Francisci ordini  
votoq; se obstrinxit, mutato priori vivendi genere. *Daniel Bu-*  
*cretius* Anatomicus insignis & *Spigeliani* operis editor, Mo-  
nasterij Dominicanorum Parisiis se claustris inclusit. C *Bar-*  
*tholinus* Parens, cœlitibus pridem adscriptus, Medicinæ Pro-  
fessionem cum Theologia voto in morbis suscepto commu-  
tavit, Deoq; soli vacavit dum vixit, quod *Riolano* summo  
Anatomico rigidis ad *Baubinum* Animadversionibus displice-  
re videtur.



A Altera quaestio difficilior sententiarum varietate. Affir-  
 mat *Bardus* c. 8. *Med. Cathol. ex per. cap. sent. ne Cler. nec Mon.*  
 & cap. *ut apud* & cap. *tua nos*, de quibus *Tiraquellus* de Nob.  
*Med. c. 3. n. 406.* Et siquidem de Episcopis constans est fa-  
 ma, Medicinam fecisse, quidni & hæc simplicibus Sacerdo-  
 tibus Monachisq; concedatur. In negantem tamen senten-  
 tiam proni hæc urgemus. 1. Professionem priorem, cum  
 Sacra, devotos ea mente commutare, ut sacris majori cura &  
 unica incumbant, Deoq; soli serviant. 2. Professionum di-  
 stinctionem omninò in Republica benè constituta esse ser-  
 vandam. Hinc *Aristoteles 4. Polit. c. 15.* Sacerdotum officium  
 à Civili Magistratu distinctum voluit, & rectè *Ambrosius* ne-  
 gat Viro Ecclesiastico duplicem professionem. 3. Irregulari-  
 tates orientur non leves, ut etiam contrariæ opinionis asser-  
 tores fateantur non inviti Monachis & Clericis posteriori-  
 bus interdictum fuisse, quas tamen irregularitates debitis  
 cautionibus & animadversionibus declinari ex *Bonacina* cre-  
 dit *Bardus*, imò dispensationem à Pontifice petendam. Sed  
 opponimus 4. Medicinæ exercitationem inter seculares cu-  
 ras numerari, à quibus Deo soli consecrati abstinere. *Timo-*  
*theum*, aliosve in Ecclesia, ut ille, militantes negat *S. Paulus*  
 oportere implicari τὸ εἶναι πηγυραστάς 2. *Tim. 2, 4.* In Ca-  
 nonibus S. Apostolorum per *Clementem* congestis n. 6; *Epi-*  
*scopus, aut Presbyter, aut Diaconus seculares curas non suscipit:*  
*alioquin deponitur.* Constitutionis ratio redditur *Canone*  
 80, quod nemo possit duobus dominis servire juxta præce-  
 ptum dominicum. Ita & decretum fuit in *Concilio Calche-*  
*donensi* Oecumenico *Canone 3: Definit sancta & magna Sy-*  
*nodus, neminem deinceps, nec Episcopum, nec clericum, nec Mo-*  
*nachum, vel possessiones conducere, vel secularibus negotiorum*  
*administrationibus seipsum miscere.* Unde nec tutores esse  
 possunt ex *Novell. Constit. Justinian. 127.* & *Leonis Nov. Const.*  
 68: nisi ad inexcusabilem impuberum tutelam vocentur,  
 quod de Presbyteris tantum, Diaconis & hypodiaconis con-  
 cedit in *Novella Justinianus.* Tres alios casus proponit *Ca-*  
 non

43

non Concilij laudati, si nempe *Civitatis Episcopus rerum Ec-*  
*clesiasticarum sollicitudinem habere permittat, vel Orphanorum,*  
*& viduarum quæ indefensa sunt & personarum, quæ Ecclesiastico*  
*maximè indigent auxilio, propter timorem Dei.* Medicinæ exer-  
cendæ nullum indultum signatur, & quanquam tanta illius  
foret necessitas, à Civitatis Episcopo foret venia impetranda,  
non alio sive in Belgio, sive Italia commorante. Nec dissen-  
tit decretum *Isidori Part. 1. Jur. Canon. Dist. 23. c. 3.* ubi de Cle-  
ricorum conversatione agit: *Secularia, inquit, officia nego-*  
*ciarum, abjiciant, honoris gradus per ambitiones non subeant, pro be-*  
*neficiis medicina Dei (h. e. pro Sacramentis Ecclesiasticis, an-*  
*notante Glossa) munera non accipiant: sed doctrina lectionibus,*  
*psalmis, hymnis, canticis, exercitio jugiter incumbant.* Alexan-  
der Tertius in Concilio Turonens. lib. 3. *Decret. Greg. IX. tit.*  
*50. c. 3.* statuit, ut nulli omnino post votum religionis, & post  
factam in aliquo loco religioso professionem ad Physicam le-  
gesve mundanas legendas permittatur exire. Si verò exierint,  
& ad claustrum suum intra duorum mensium spacium non  
redierint, sicut excommunicati ab omnibus evitentur. *Cap. 9.*  
prohibetur quoque ex *Innocentio III.* Subdiaconis, Diaconis &  
Sacerdotibus ea Chirurgiæ pars quæ adustionem & incisio-  
nem inducit. *Glossa* servilem tantum intelligit adustionem,  
sed latius nos ad quamvis actionem manualementem extendimus.  
Denique Exorcista in *Rituale Rom.* jussu *Pauli V.* edito jubetur  
sibi cavere, ne ullam medicinam infirmo vel obseffo præbeat, aut  
suadeat, sed hanc curam Medicis relinquat. Ipsi & hi & illi & isti  
videant, quo obsequio, quaque devotione tantorum Patrum  
decreta excipiant.

Notamus tamen, ne pro iniquioribus rerum arbitris  
traducamur, aliud esse ægrorum salutem medicamentis pro-  
curare, aliud de rebus Physiologicis Commentarios scribere,  
quod pro ingenii modulo quivis tentet, per me licet. Quo  
spectat Sacerdotum Ebraeorum in dignoscendis leprosis scien-  
tia, *Exod. 13. Luc. 17.* Deinde Medicam exercitationem conce-  
di posse Monachis in suis Collegiis, sicut *Bucetio* hoc fuit in-

A junctum, inprimis si in solitudine sint monasteria. Casus deniq; necessitatis erit attendendus in Medicorum aliorum inopia, tumq; non lucri spes, non decipiendi animus est induendus. Ita Medici *Hippocratis* præcepto in *Jurej*: à sectionibus abstinent, & operationibus Chirurgicis, nisi urgente necessitate, sicut multi Imperatores sæpe & arcu uti, & jaculari & pugnare gladio hastaq; sciunt & faciunt, & Reges pariter, sed non ut Rex, ut Imperator erat Alexander Macedo, aut ejus Pater Philippus, sed per alias artes, imperatorix atq; regix subservientes, hæc militaria munera obibant, ut ait *Galenus* l. 6. *Epid. Com.* 5. §. 1.

B Diversa ratio Medicos ad sacrum studium obstringit, animatq;. Omnes enim verbum Dei scrutari oportet *Deut.* 6. 6. 7. 8. 9. 31, 11. 12. *Job.* 5. 39. *Coloss.* 3. 1. 6. quia salvari omnes vult Deus *Matth.* 11, 28. 1. *Tim.* 2, 4. 2. *Petr.* 3, 9. cunctisq; fidei rationem reddere incumbit. Ægrorum etiam causa Medicus in Theologia abdita penetrat, ut, si res ita postulet, tam animabus quam corporibus medeatur, absenteq; Theologo, non tantum affectus animi ægris leniat, sed & fide infirmos certo solamine erigat, inprimis melancholicos, Maniacos, aliosq; hujus commatis. Hinc neuiquam præter institutum Tyrones nostri medicinæ, examini Theologorum se subjiciunt, illisque suum in sacris profectum publicè probant.

Ut fortunatus igitur sit susceptæ curationis eventus, Medicus exemplo Archiatri Jesu, æternæ ægrorum salutis curam gerat accuratam. 1. Precibus ardentibus pro felici successu Deus invocandus. Medicæ preces pro commodo ægrotantium à *Jacobo Horstio* collectæ, Helmstadij impressæ leguntur. Litanias *Bardus* addidit. Cæterum junctis suspiriis Deo supplicent, *Medicus, æger* ipse, de cujus corio luditur, *Sacerdotes & Ecclesia*. Quantum ponderis habeant Medici vota, indicat sapiens *Syrach.* 38, 13. Ipse æger oret, desistatq; à peccato *Syr.* 38, 9. Presbyteri Ecclesiæ advocentur si quis ægrotet, ut orent super eum *Jacob.* 5, 14. Quod publicè quoque ex suggestu in Ecclesiis nostris fieri solet. Hinc disci-

discipuli Christi pro muliere Chananæa intercedebant **A**  
*Matth. 15, 23.*

2. Peccatorum expiationem, ut optata eveniant, consilio Medicorum, præmittant ægri. Sublata enim causa, tollitur effectus, At morbus, delictorum est meritum. ita Jehovah minatur *Levit. 26, 16*: Vos visitabo terroribus, marcoribus & febribus, ut vultus vester consumatur, & corpus contabescat. *Deut. 28, 21. 22.* Dominus pestilentia te perdet, Percutiet phthisi, & febre, & calore & fervoribus, & siccitatibus, & Hectica, & Jctero, teq; persequentur donec extirperis. Confer loca, si placet, 2. *Sam. 24, 13*: 2. *Reg. 5, 27*. 2. *Parab. 21, 18. 19.* aliaque. Ipse Jesus Paralytico apud piscinam curato *Joh 5, 14.* autor est, ne amplius peccet, ne deterius ipsi quid contingat. Nam qui peccat illi qui creavit illum, incidet in manus Medici *Syrach. 38, 14.* Contra promittit Jehovah *Exod. 15, 26. Deut. 7, 15.* Si Domini Dei nostri vocem audiverimus cum debito obsequio, rectumq; fecerimus, & ad præcepta ejus vitam composuerimus nostram, nullum morborum genus nobis nociturum, quibus Ægyptios divexavit, quia Dominus Deus noster sit, qui nos sanat. Hinc totus est Pontifex cap. 13. tit. 38. l. 5. De Pœn. & Remiss. *Decretal. Greg. IX.* ut Medicis pro autoritate injungat, ne ægros ante suscipiant curandos quam de vera pœnitentia & confessione admoneantur serio, secus facientibus Ecclesiâ interdicat.

3. In expiati facinoris certitudinem initio morbi sacra **C**  
 Synaxi dignè utatur æger, in qua ipse divinus Archiater ad partes curandi advocatur, quem qui negligit, quomodo vel Naturam habebit propitiam, vel Medicos Dei Naturæq; ministros fortunatos. Hinc Asa Deo posthabito solis Medicis fidens, mortuus est 2. *Chron. 16, 12.* In quam rem S. Pauli oraculum citamus 1. *Cor. 11, 30*: *Propterea inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.* Christianis moribus in Italia receptum est, ne Medicus ante ægrorum saluti prospiciat, quam sacre cœnæ communio præcesserit. Romæ post tertium morbi diem id injungi firmat *Corn. à Lapide.* Unde in  
**Conci-**

- A Concilio Wormaciensi Presbyter Eucharistiam *semper* habere paratam jubetur, ut quando quis infirmatus fuerit, *statim* eum communicet, ne sine communione moriatur, *Part. 3. Decret. Jur. Can. Dist. 2. c. 93.* Rationem majoris auxilii reddit *Aug. Etzlerus* Intr. Jatromath. Lit. C. 3, quia verbo æterno (nempe Jesu in nobis inspirato) omne id fugatur, quod per eccentricitatem & exorbitationem à vero centro, corpori adhospiratur, penetrat totum corpus, quod non fixum & p.n. est, abolet, totius hominis harmoniam rectificat, vitalem spiritum conservat, peccatorum stipendium, mortem & ipsius *περὸ ἐμῶς* morbos Chronicos tum acutos, pellit, hominemque in prospera valetudine ad vitæ finem usque conservat.
- B Quidquid sit, nobis sanis ægrisque Jesus sufficit, qui est resurrectio & vita, in quem qui crediderit, quanquam moriatur, in æternum vivet *Joh. 11, 25.*

Divinam curandi methodum præsentis Scribæ & Pharisæi concoquere non potuerunt. Erant enim sapientiæ & intelligentiæ cœcitate sic multati, ut qui vita indigni essent, haberent vitam ante oculos, nec viderent, ut eleganter *Cyprianus* de Idol. Van. Unde nescii in Christo *θεοθεωπῶ* habitare *πάν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς* *Coloss. 2, 9.* ex carnis & corporis humilitate eum æstimantes, *Ἀλαογιζόμενοι* vel *ἐνθυμηθέντες* dicuntur *ἐν ταῖς καρδίαις* *Matth. 9, 4. Marc. 2, 6. 8. Luc. 5, 21. 22.* Enimverò passim in Sacris Oraculis Cordi, non cerebro, cogitationes tam bonæ quam malæ, & reliquæ rationalis animæ facultates seu *δυνάμεις* adscribuntur. Nolo singulorum locorum calculum ponere nimis operosum. Ex multis evolvantur *Gen. 6, 5. 8, 21. Deut. 29, 4. 2. Sam. 15, 6. 1. Reg. 3, 9. 12. 8, 58. 1. Par. 29, 17. Psal. 24, 4. 50, 12. 19. 101, 2. 105, 25. Prov. 23, 33. Esa. 6, 10. Jer. 17, 9. Thren. 1, 1. 2, 18. 19. Matth. 12, 34. 35. 15, 19. Marc. 3, 5. 7, 6. 21. 22. Luc. 12, 34. Rom. 2, 15. 10, 10. Eph. 1, 18. 6, 5. 6. Col. 3, 15. 2. Thess. 3, 5. & infiniti alij.*

Dissentiunt Medici & Anatomici ad unum omnes, nec cordi primariò, sed cerebro cogitationes assignant. In cerebro enim seu capite omnia rationis sensuumque instrumen-

ta e-

ta elucet, per quæ objecta sensuum & cogitationis cerebro, A  
 neutiq̃vam cordi remoto, dijudicanda afferuntur. Id quod  
 ex utriusq; visceris affectionibus clarius patebit. In Apo-  
 plexia læso cerebro, obstructisq; vel ventriculo nobili, quod  
 ut plurimum contingit, invenitq; *Fernelius* l. 2. abd. Caus. vel  
 ventriculis lateralibus, quod observavit *Chiffletius* l. 1. Dæ-  
 dalm. c. 4. vel ipsa substantia, quod viderunt *Pavus* p. 1. de Of-  
 sib. c. 6. & comm. in *Hipp.* de Vuln. Cap. p. 108. *Panarolus* Pen-  
 tec. 1. Obs. 17. vel deniq; sinibus, quod *Nymmano* c. 15. de A-  
 popl. apparuit; illæso corde alternisq; motibus agitato, ab-  
 olentur sensus omnes externi interniq; , cogitatio omnis &  
 omnis rationis usus cessat. In sternutatione, Epilepticis B  
 convulsionibus imaginatio, cogitatioq; eo momento perit,  
 non cordis sed cerebri vitio, ut in dissectionibus annotarunt *Sme-  
 rtius* l. 10. Misc. p. 578. *Ballonius* l. 1. Ephem. p. 69. *Choiter* in  
 Obs. *Fernelius* l. 2. abd. Caus. c. 15. *Erastus* part. 4. disp. contr.  
*Parac. Salmuth* Cent. 1. Obs. 17. *Costerus* in Obs. Fontani p. 13.  
*Riverius* Cent. 1. Obs. 37. *Glandorpius* Spec. Chirurg. Obs. 6.  
*Hildanus* Obs. 6. C. 1. *Bontius* Med. Ind. Obs. 1. ante quos *Hip-  
 pocrates* l. de Morb. Sacr. Par sit iudicium de depravatis cere-  
 bri actionibus in Comate vigili, Vertigine, delirio, Melan-  
 cholia, Mania, stultitia & fatuitate, in quibus cerebrum labo-  
 rare certa Anatomicorum dissectione docuit. Hinc in affectio- C  
 nibus hujusmodi cerebro, non cordi, remedia interna exhi-  
 bentur, externa applicantur. Imò bruta ratione carentia,  
 eandem nobiscum cordis habent fabricam, capitis cerebri-  
 que diversam. Monstra humano corpore sed capite mori-  
 busque ferinis, qualia *Weinrichius* de Monstr. c. 41. *Licetus* l. 2. de  
 Monstr. c. 58. aliiq; descriperunt, ex censu hominum exclu-  
 denda, ideoque majori jure nata occiduntur, quam alia apud  
 veteres, quæ exposita, in Insulas deportata, expiataque flammis,  
 ferro, undâ, variorum fide accepimus. Magnum huc mo-  
 mentum confert cor læsum salva intellectus ratione. Exulce-  
 ratur sæpe sana imaginatione, & contabescit in Hæctica, fe-  
 bribusque malignis. Observavimus in Dysenteria Epidemica  
 nuper grassante, flaccido corde, pulsibus intermittenibus,  
 G prostra-

- 48
- A** prostratis omninò viribus, ad extremum effugientis animæ halitum cerebri functiones omnes viguisse. Ruit ex hac suppositione mole sua *Helmontij* Paradoxum tr. de Sed. Anim. qui cogitationum sedem ortumq; vitia virtutesq; stomacho condonat autoritate Christi: *Quæ cogitationes adscenderunt ad cor vestrum, non descenderunt ad cor, vel surgunt à corde vestro.* Misere deceptus textui affinxit, quod nusquam nec scriptum nec pictum. stomachum, impuram animæ illius sedem in *Anatome* nostra *Reformata* sine stomacho impugnauimus. Quod verò cordis inhabilitatem à perpetuo motu metiatur, quasi cogitatio omnis in quiete reponatur, aliis relinquo. Capitis, ubi principes animæ functiones tanquam in editissima arce munitis sedibus includuntur, ne erremus, non semel inter principes corporis partes mentionem facit Codex Sacer. In Prot-evangelio *Gen. 3, 15.* semen mulieris *conteret caput serpentis*, h. e. potestatem omnem, omnem astutiam ex capite progeneratam, qua commate primo commendabatur, eludet. *2. Sam. 3, 8.* Iphobetho responsurus Abner, negat se *caninum esse caput*, h. e. stolidum sine cerebro aut prudentia. *2. Reg. 12, 17.* Hasael *faciem preparabat* ut bellum Hierosolymitanis inferret. H. e. Serio apud animum conclusit. *Gloss Dan, tog sig alvorligen for.* Animi passiones capiti imputantur, spes & lætitia *Luc. 21, 28.* Mœror & tristitia *Thren. 3, 5.* *Circumdedit caput felle & labore.* *Cantic. 5, 2.* Sponsus Christus sponsam alloquutus: *Caput meum plenum est rore*, h. e. anxietate & dolorum multitudine. Hinc summæ devotionis signo in maximo luctu caput pulvere adspergebant *2. Sam. 1, 2. Job. 2, 12. Judith. 4, 12.* radebant *Job. 1, 20. Esa 15, 2. Mich. 1, 16.* detegebant *Levit: 10, 6.* Nimum autem quam Scripturæ familiare, dignitatem omnem & summam potestatem capitis nomenclaturâ signare, quod ratione & prudentiâ vel acquiratur vel conseruetur. *Ephes. 1, 22.* Christum dedit *κεφαλῶν*, non cor, super omnia Ecclesiæ, quæ illius corpus dicitur *Coloss. 1, 24. 1. Cor. 11, 3:* *omnis Viri κεφαλῆ Christus est: caput mulieris Vir: caput Christi, Deus.* Nolo veterum testimonia congerere vocis *שׂרָף*, quæ *Ducem, Principem, Principium* cuiusq; rei & *verticem* denotat, imò totum hominem

minem. Ipsam si in consilium adhibeamus creationem, cu-  
 jus, iudice *L. Danæo* Phys. Christ. c. 3. certior ex S. S. quam par-  
 ticularis Physicæ cognitio; negotium pro Medicis confectum  
 erit, non cordi primum infusam rationalem animam functio-  
 num harum autorem, sed capiti. *Gen. 2, 7: Et inspiraverat in  
 nares ejus spiraculum vitarum, & factus est homo in animam vi-  
 ventem.* Ab hoc halitu, in nasum inspirato, vita hominis de-  
 scribitur *Job. 27, 3. Es. 2, 22. Thren 4, 20. פִּנְנָה* in faciem vel  
 nares, utrumq; enim notat פִּנְנָה, irasq; & furores in facie emi-  
 cantes. Vide *Pagninum & Mercerum.* *Aslachus* noster Phys.  
 Christ. p. 327. narium præcipuam fieri mentionem suspicatur,  
 quod anima, dum in corpore versatur, potissimum externè in  
 naribus deprehendatur. Forsan per patula narium forami-  
 na ad cerebrum primò inducta fuit anima, vel certè anima ra-  
 tionalis ad cerebrum, vitalis ad cor delata, si, me repugnante,  
 animarum distinctionem urgeas. Odoribus aëriq; per nares  
 ejusq; Os cribriforme & processus mammillares ad cerebrum  
 tam patet aditus, quam ad pulmones & cor per asperam arte-  
 riam. Illis indiget & animalis in cerebro spiritus, unde qui-  
 bus exhaustus, validè, citò & densè inspirant *Gal. 1. de diff.  
 Resp.* Erasistrato si credimus, aëre nutritur, quod experientiâ  
 comprobatur *Galenus* de Util. Resp. huc non advocandâ, Sciendi  
 cupidos ad elegantem *J. Olbasij* De Mot. Cereb. remitto disputa-  
 tionem. Faciem si eligamus, vis animi omnis hic tanquam in  
 speculo elucet, capitiq; & intus recondito cerebro obtendi-  
 tur, per oculos, nares, auresq; propria animæ interioris offi-  
 cia exsequitur, ut qualis illius sit condicio, inspecta facie, visis  
 oculis, faciliè divines.

Quamquam igitur alibi cogitationes assignent cordi Di-  
 vina pagina, loqui tamen ex vulgi opinione, vix dubitamus,  
 quod cordi tantum tribuit, quia conspectior illius & nun-  
 quam intermissus sit motus. Cor enim cogitationum causa  
 est remota, qua arteriosum sanguinem per Carotides Cervi-  
 calesq; arterias cerebro spiritibusq; animalibus distribuit: af-  
 fectionum animi sedes, quia pro illarum diversitate variè al-  
 tera-



- A teratur à sanguine seu ebulliente, seu torpente. Objectorum quippe omnium species per oculos, aures &c. cerebro afferuntur, à Sensu communi & Phantasia apprehenduntur & discernuntur, proq; singularum qualitate tum judicantur. Interea per sanguinem ex sinibus cerebri ad cor per Jugulares venas recurrentem & in cerebro specierum pleno alteratum, vel per nervum sextæ conjugationis cor afficitur & in consensum passionum trahitur, unde palpitatione motusq; vel celer in excandescencia, vel tardus in timore. Taceo varias esse τῷ קִלְקִל & τῆς καρδίας in sacris notiones, nam modò pro cuiusque rei interiori loco, modo pro homine eoq; per regenerationem depurato, modò pro affectu sincero usurpatur; imò
- B in plerisq; locis adversa nobis fronte oppositis, observavi cogitationem quædam cordi consignatam, sed cum affectu conjunctam, sive amore, mœrore, ira vel odio, quemadmodum ex odiosa Phariseorum cogitatione, hujus Dissertationis occasione, est manifestum.

Nihil motus sinistra æstimantium censura καρδιόγνος ὁ Jesus, præmissa Methodi suæ Apologia, ad curandum Paralyticum animo jam sanum, unico verbo digreditur: σοὶ λέγω, ἔγειραι. Non affirmativa ista dictio, qualis *Matth. 18, 19.* Sed imperativa cum potestate, ejus qui verbo solo omnia creat servatq;, cuiusq; proprium est sic imperare, sicut *Marc. 4, 39.*

C *Joh. 5, 8, 9.* Sibylle de eo exstat oraculum.

Πάντα λόγῳ ἀρρώστων πᾶσάντε νόσον θεραπεύων.

Neq; utiq; mirum, ut verba *Lactantii* mutuer *l. 4. de Ver. Sap. c. 15.* quod verbo faciebat mirabilia, cum ipse esset Dei verbum, cœlesti virtute ac potestate subnixum. Nominis ejusdem vi & autoritate Apostoli portentose ægris sanitatem è postliminio revocarunt *Act. 14, 9, 9, 34.* tantamq; virtutem ad posteros transmiserunt imperantis verba, ut *Longa* Paralytica uxor Longi Consilarii Regii Neapolitani 1508. in Templo B Virginis Lauretano, illicò sanata sit quum Sacerdos ad hunc Evangelii locum venisset: *Tibi dico, surge, si fides penes Turfellinum. l. 2. hist. Lauret. c. 10.* Ibidemq; eodem auctore, *l. 4. c. 26. Christina* Ducis Lotharingiæ conjunx, & filia Regis Daniae

Dania, voto suscepto cum sanitate rediit in gratiam. At jure A  
 meritissimo malefica illa Brugenſis, quæ omnes morbos ſolo  
 verbo procuravit ſi ſibi crederetur, nulla Chriſti mentione,  
 Diabolica judicata eſt apud Jo. Damhouderum Prax. Rer. Cri-  
 min. c. 37. §. 21.

Ad morborum exilium vel levamen humana verba na-  
 turali virtute an quidquam conferant, agitata ſæpius quam ſo-  
 luta feliciter controverſa. Nunquam mordicus negarem, quia  
 1. Varia verborum prolatione, ær alteratur tam ille qui per  
 vaſorum oscula in cutem deſinentia per tranſpirationem in-  
 greditur, quam in aures, nares, pulmonesq; delatus. 2. Voci-  
 bus diverſus efferentium ſtatus ſeu calidus ſeu frigidus vim B  
 imprimi diverſam, quam aſperæ arteriæ reliquorumq; voca-  
 lium instrumentorum diſpar conſtitutio vel acuit vel gravat.  
 3. Calido oris hiatu in aures immiſſo Epileptici paroxyſmi dif-  
 flantur, & clamore, inprimis ſi vox certis numeris adſtringa-  
 tur. Ter in aurem inſurrando ſæpius Riolanus eſt expertus.  
 De Epilepſia autem ex flatibus orta ſuccedere experimentum  
 cum ſucceſſu in puella obſervavit Walæus. In aliis irritum de-  
 prehendi: 4. Inſurratis quibusdam verbis ſordiculæ ocu-  
 lorum & hordeola eruuntur, tradente Marcello Empirico. Cer- C  
 tè in deſiſtione Cataractæ Chirurghi halitum ſuum oculis in-  
 ſpirant ſceniculo aliisq; temperatum. Quod verò addit Mar-  
 cellus necari quoq; lumbricos, fidem meam ſuperat, niſi de fla-  
 tu per ſiſtulam ano immiſſam interpretemur. 5. Voces ad ſani-  
 tatem conferentes, vel ſimplices ſunt, de quibus jam dictum  
 ante, vel in certos ordines connexæ. Hæ vel Symphonica  
 & ſuaves, vel cum terrore conjunctæ. In certos rythmos car-  
 mina compoſita apud veteres cœlo lunam deduxerunt, in Iſ-  
 landia adhuc uſitata. De his in Paralytico primo egimus, ubi  
 & Muſices concentum laudavimus. Vocibus terror additus,  
 corpora non leviter de ſtatu ſuo deturbat. Ita filii Iſrael à  
 Moyſe deprecabantur, ne illis loqueretur Jehovah, ne forte  
 morerentur, Exod. 20, 19. Petrus Act. 5, 5. 10. Ananiam acrius  
 increpans cum uxore ad necem compulſit. Nicephorus l. 4. me-  
 morat prædidit, fuiſſe quædam vocabula Eberina, quæ ad ter-  
 rorem

**A**rorem proponi solerent eorum qui initiabantur. Viso Scor-  
pione, si quis *Bud* dicat, ictus cohiberi quidam affirmant. Co-  
terum notandum monemus 1. huiusmodi voces, nisi à flatibus  
vel levi causa dependeant, nullo morborum generi profuisse.  
2. Ad decipiendum vulgus addi subinde manuum operationib.  
vel superstitiosis ritibus verba ex se ponderis nullius. Ita *Caro-*  
*nem* ludicris non assuetum, luxata membra accepimus reposu-  
isse, saltatoriis verbis prolatis: *Danata, Daries, Dardaries, Af-*  
*sararies*. 3. Voces rythmicas & symphonicas per accidens mul-  
tis extitisse salutare, vel turbatos animi motus sedando, ut in  
Saulis Melancholia, quibus compositis facilius omnia ex voto  
fluunt, vel ad corporis exercitationem incitando, unde sudore  
oborto noxiæ humiditates excluduntur, quod in *Tarantulæ*  
morsu credimus. 4. Alexipharmaca aliaq; morbis opposita  
medicamenta utramq; fecisse paginam, & validam ægrorum  
**B** imaginationem.

Verum enimverò Archiater Jesus solo verbo imperij sine  
minis, tactu, aut rythmico concentu, sine medela ulla, antiqva-  
tos morbos & pertinaces portentose curavit, integrè nullâ mo-  
râ interpositâ restitutis viribus. Accepto enim divino manda-  
to Paralyticus membris omnibus captus, recepta repentè inco-  
lunitate, humerisq; roboratis, lectum morbi testem & fauto-  
rem ipse sine difficultate reportavit. Lectus hic pauperuli  
erat & ab uno mole exiguus potuit gestari. *Κλίση* dicitur &  
*καβάβατος*, quamvis illa cum arca sepulcrali seu sandapila ple-  
bejorum pari passu ambulet, ut ex *Phlegone, Philodemo* aliisque  
**C** annotavit *Cl. Salmasius* ad Solin. p. 1207. Figuramq; *Hyginus* de-  
pingit. *καβάβατος* autem tenuioris fortunæ erat lectus, un-  
de *cratē ligneam* hoc loco vocat *Maximus* in Orat. de Adv.  
Chr. *Cicero* l. 2. de Div: Deos circumcursare non modo lectos,  
verum & grabatos monet, h. e. divitibus juxta ac pauperibus  
adesse. *Martial.* l. 6. Ep. 39, de liberis *Cinnæ* inservorum lectis  
humilibus & luparum lectis prognatis, quos suos credidit:

Sed in grabatis, tegetibusq; concepti

Materna produnt capitibus suis furta.

Frustra igitur *Eslius* comm. in Evang. grabbatum distin-  
gitu-

stinguit à le-  
cto, quod ille  
sit fulcrum le-  
cti. Autore i-  
doneo caret,  
& versiones o-  
mnes adver-  
sas sibi habet,  
quæ lectum &  
grabbatū, se-  
quuta Sacros  
historicos, ea-  
dem voce ex-  
primūt. Σκιμ-  
πόδιον de eodē  
grabbato æ-  
grotorum ce-  
pere *Gellius* l.  
19, Noct. Att.  
*Hesychius*, *Gal-  
lenus*, qv l. 10.  
Meth. Med. ad  
balneum He-  
æicos *ἡνί τῆ  
σκιμποδος* por-  
tari voluit.  
Unde nimio  
Zelo ardens  
Spiridon Epi-  
scopus Trimi-  
thuntis in Cy-  
pro Triphyl-  
lium reprehē-  
dens, quod in  
Sacra concio-  
ne scimpoda



Vico

- A vice grabati reposuerit, teste *Sozomeno* l. i. hist. Eccl. Atticæ linguæ ignarum se prodidit, quippe ex *Phrynichio* συμπαδίων Atticis dicitur quod communiter ἀγβλαῖον. Grabatos Paralyticorum ante oculos nobis posuit *Bosius* ex Roma subterranea lib. 2. *Rom. subt.* c. 8. p. 101. l. 3. c. 4. 23. p. 159. 233. Paralytici injectos humeris, ut levissimi operis fuisse appareat. Tria genera ex illo depinximus, pro numero Paralyticorum, quorum ex pedibus differentia. Humilitate omnia commendantur, ægrisq; adscensuris percommoda. In primo fulcrum capiti apponitur, pedibus ægri in secundo. Uterq; vero lectus altioribus pedibus caput elevat, humilioribus inferiorem corporis partem sensim demittit. Tertius sine pedibus, humi sterni aptus,
- B sex baculis supra ornatus, ad commodam gestationem, quibus & per tectum sive funiculis alligatis, sive opera manuum demitti potuit. Huic paupercula culcitra instrata vel linteum ægro corpore tegendo usitatum. Commodus Paralytico egeno hie lectus, qui ex loco in alium à quatuor transferri posset, & à se solo sanitati restituto. Tales ægrotis Medici veteres conficiebant. *Celsus* enim l. 2. c. 15. plura gestationis genera adhibet, quæ sint & pro viribus cujusq; & pro opibus, ne aut imbecillum hominem nimis digerant, aut humili obsint. Ibidem lectos ægrotantium quoq; distinguit, ut alii sint lecticæ seu immobiles, alii suspendantur & moveantur, aliis uno pede lecti funiculus subjiciatur, & huc illuc manu impellatur. Ad institutum magis *Oribasius* l. 9. *Collect. Med.* c. 14. varia strata recenset, pedibus humilibus, vel sublimibus, vel mediocribus, mobilium, parvorum, magnorum profundorum &c. Parva damnat quidem ob molestiam, & pedes humiles quia caput repletur, sed si locus ex loco commutandus, laudat, imò pauperi non negligenda.
- C

Nos cum Paralyticis composito hinc lecto & collectis vasis discessuri, ne operosâ curâ circa resolutos diutius occupati, corporis animiq; torpore stupeamus, Archiatrum Jesum supplices oramus, ut sarcina delictorum expeditos, & molestis ægritudinum lectulis liberatos, excipiat tandem vera sanitas cum securitate, securitas in æternitate.

COROLLARIA MEDICA  
ET ANATOMICA.

1. *Paralyfin omnem in abdomine habere sedem, Helmontio non concedimus.*
2. *Paralysis refrigerantibus quoq; curatur.*
3. *Paralyseos post colicam facilis invenitur via.*
4. *Nervos carvos esse opus non fuit.*
5. *In nervis dari Circulationem, Regio necdum credimus.*
6. *Præter spiritum Animalem aliud in nervos ad sensum & motum influere videtur.*
7. *Cæci intestini defectus in nupero subjecto, Helmontij fermentum stercoreum destruit.*
8. *Mediaſtini & pericardij in eodem confusa substantia utriusq; eundem usum demonstrat.*
9. *Lacteum thoracis vas ibidem denuò à nobis observatum, novum Riolani summi usum impugabit.*
10. *Hepar ad refrigerium cordis factum Hornio amico amicè negamus.*



COLLEGIUM MEDICORUM  
URBIS AMSTELÆDAMI

1. In nomine domini Amen  
2. Nos Collegium Medicorum Urbis Amstelædami  
3. Constitutum auctoritate Regia et Imperialis  
4. In hac parte legitime constitutum, habens  
5. In hac parte legitime constitutum, habens

6. In hac parte legitime constitutum, habens  
7. In hac parte legitime constitutum, habens

8. In hac parte legitime constitutum, habens  
9. In hac parte legitime constitutum, habens

10. In hac parte legitime constitutum, habens  
11. In hac parte legitime constitutum, habens

12. In hac parte legitime constitutum, habens  
13. In hac parte legitime constitutum, habens



fota 21 331



